
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
17 B
22



Ad [illegible] Hieronymi
Miccichè Usum


B

COMPENDIARIA
Logicarum Quæstionū
Complexio
A D. IOSEPHO NAPOLI
Mazarienſi
Sem. Pan. Conu.
In Aula Collegij Pan.
Soc. Ieſu
publice propugnata.
Anno MDCLIV.

F. N







ILLVSTRISSIMO,
ac Reuerendiss. Domino

DON

CAROLO

IMPELLIZERIO


EPISCOPO MAZARIENSI,
Consiliario Regio,
atque Ora-
tori.

DON IOSEPH
NAPOLI F.



VOD in ludicris olim certaminibus, Præsul Illustrissime, ad delectationis





hypothesim soliti sunt Veteres non iniucundum sanè spectaculum oculis sibi subijcere, id mihi posse videor in Theatro Palladis celeberrimo ad exercitationem ingenij vsurpare, litterariam veluti Naumachiam: Quotquot enim Themata in huiusce voluminis, quasi circensi cōplexu propugnaturus exposui, totidem profectò sub opulentissimis Logicæ Artis Naualibus, certamini nostro Nauigia crediderim extruxisse. Iacent nunc illa quidem siccis destituta vadis inertia, ignauaque lignorum cadauera, æquor expectans scilicet, quod ab inexhausto tuæ amplitudinis Oce-

ano

auo apertis sibi meatuum ductibus non nisi largissimè corriuetur. Nec sine industria id animo insedit meo, ut gentilitij tui stemmatis undas, facillimè quò vocauerim insequentes, ad huius ludi litterarij specimen exhibendum inducerem, quò scilicet futurum mihi met ipse polliceret, ut ijs subterfusis undique, ac circumiectis, siccæ iam humo rates, ac super arenam proiectæ, sublimem sustollerentur ad gloriam; cum præsertim è serenissima tua frõtis hilaritate, vel ipsi mihi tumultuantium procellarum motus placidissimè didicerint otiari, nec aspiraturam mihi unquam

tuæ



tuo ex ore sperem nisi tranquillitatis nunciam, Auram Fauonij benigniorem. Vale.

ASSERTIONES DE NATVRA Logicæ.

1 LOgica, quam Aristoteles organum scientiarum; alij habitum instrumentarium dixere; non est ars propriè dicta: hæc enim ex eodem Philosopho 6. Topicorum cap. 4. versatur circa opus externum, Logica vero tota quanta est in dirigendis operationibus internis intellectus occupatur: potest tamen iuxta doctrinam Diui Thomæ 4. Metaph. lect. 4. & Scoti quæ. 5. vniuersaliū, quos sequuntur quamplurimi ex recentioribus, absolute dici scientia: demonstrat enim certo, & euidenter de suo obiecto proprietates aliquas necessarias; definitionem videlicet debere esse clariorem suo definito; diuisionem debere adæquare totum diuisum; medium perfectè distribuendum in syllogismo; & alia huiusmodi, quod sufficit ad rationem

Logica nō est ars propriè, sed est absolute sciētia.

absolutæ scientiæ: neque ad illã requiritur (quod bene aduertit Ouiedus controuersia 2. logicæ puncto 3. n. 4.) vt omnes habitus partiales, quos illa includit veram, ac propriam rationem habeant habitus scientifici; sed satis est, vt aliqui ex his vere scientifici sint, alij solum probabiles: scientia enim totalis multa demonstratiuè probat de suo obiecto, ad quod recte præstandum opus habet habitibus scientificis; multa vero solum probabiliter, ad quod sufficiunt habitus opinatiui.

2 Absolute igitur logica scientia censenda est, siue nomine logicæ, veniat logica docens, quæ videlicet docet nos præcepta definiendi, diuidendi, arguẽdi, &c. iuxta superius dicta: siue logica vtens, quæ scilicet facilitat in nobis vsum talium præceptorum in quacumque materia, dum actu definimus, diuidimus, arguimus: quia sic optime dici potest scientia saltem practica; nam logica vt vtens non speculatur suam praxim, sed solum

lum illam operatur, vt patet. & docent Auersa, Arriaga, Ouiedus, & alij. Quod si quæras incidenter hic, quomodo logica docens distinguatur ab vtente? Respondeo distingui solum pænes extrinseca connotata: idem enim habitus inclinans, & facilitans in nobis cognitioné præceptorum, si opus fuerit, facilitat vsum illorum; atque adeo idem prorsus habitus logicæ, pro vt connotat cognitionem præceptorum à se pendentem, dicitur docens; pro vt connotat vsũ, dicitur vtens.

3 Quoniam vero ex Aristotile 2. Metaph. cap. 2. scientiæ, aliæ speculatiuæ sunt, aliæ practicæ: illæ sistunt in sola sui obiecti contemplatione: hæ vero ex natura sua, & intrinsecè ordinantur ad dirigendam humanam aliquam operationem; quæ vt dirigibilis vocatur praxis; videndum cuius generis sit logica, practica ne, an speculatiua; ad quod dico cum Suares disp. 44. sect. vltima, & Vasquez 5. parte disp. 5. n. 2. & alijs esse habitum *Logica est scientia partim practica, partim speculatiua.*

partim practicum, & partim speculatiuum: quod patet 1. ex Aristotele, qui 1. Topicorum cap. 9. docet ex quæstionibus alias esse tantum vtiles ad sciendum, vt, an Mundus fuerit ab æterno; alias vero ad operandum, vt, an voluptas sit eligenda; alias denique ad vtrumque, cuiusmodi sunt logicæ quæstiones. patet 2. ex eo quod logica docet modum construendi syllogismum, definiendi, diuidendi, &c. igitur ex hac parte practica est. Præterea speculatur naturam ipsius definitionis, diuisionis, &c. Scientia autem quando speculatur suam praxim, non est simpliciter practica; speculatio enim praxis, cum supponat illam iam factam, non ordinatur ad illam faciendã; ergo quo ad hoc logica speculatiua scientia est.

4 Neque obstat primo, quod non possit idem habitus esse simul practicus, & speculatiuus: id enim, quod defendimus est, in logica haberi plures habitus, quorum alij speculatiui sunt, alij practici. Non obstat secundo, quod

quod proprietates modi ſciendi, quas dicitur logica ſpeculari, ſint proprietates ipſorum actuum ſecundum ſe, adeoquè ad animaſticum potius ſpectent, quam ad logicum; quia ab eſſentia ſyllogiſmi emanant aliqua attributa, quorum notitia ſpeculatiua eſt, & non niſi logicæ propria; proprietates enim, & paſſiones illius, quod eſt obiectum attributionis in aliqua ſcientia, ad eamdem de neceſſitate pertinent. præterquamquod genus, verbi gratia, magis late patere, quam differentiam. Logica proprietas eſt: nil enim animaſticus curat de genere, & differentia; ſed poteſt logica circa huiuſmodi proprietates plures habere cognitiones ſpeculatiuas, per quas intellectus non dirigatur in ſuis actionibus; poterit igitur, quoad has, recte dici ſcientia ſpeculatiua.

DE OBIECTO Logicæ.

5 *Habitus, Actus Logicæ.* IN qualibet facultate, siue practica illa sit, siue speculatiua, tria possunt considerari, Habitus, Actus, Obiectum. Habitus non est nisi facilitas illa, quam experimur, postquam nosmet exercuimus in faciẽdis pluribus actibus alicuius facultatis. Actus sunt operationes ipsæ facultatis immediatè elicitę ab habitu, & in speculatiuis quidem scientijs, sunt ipsæ met speculationes, in practicis vero ipsa præcepta, quæ ad faciendum obiectum à scientia præscribuntur: sic in saltatoria, facilitas ex frequentatis saltibus acquisita, dicitur Habitus: præcepta verò saltationum, Actus; & in re nostra, facilitas ad rectè definiendũ, diuidendum, & arguendum dicitur habitus logicæ, seu logica habitualis: multitudo vero logicorum præceptorum, dicitur logica actualis.

6 Obiectum, quod à verbo obij-

obijcio nomen duxit, est id, quod proponitur scientiæ, vel solum considerandum, si hæc speculatiua sit, vel etiam faciendum si sit practica; primi generis est corpus naturale respectu physicæ; secundi vero, carmina respectu artis poeticæ: idem autem in scientia est obiectum, actus, ac habitus; secus habitus fidei, spei, & charitatis theologales non essent contra communẽ sensum Theologorum, & Patrum, haberent enim pro obiecto non ipsum Deum, sed suos met actus, qui non sunt Deus. Iam vero si nomen hoc, obiectum, late sumatur, significat omne id, quod quomodocumque tractatur à scientia, & dici solet obiectum communitatis, seu attributi; sin autem magis pressè accipiatur, pro eo videlicet, quod primario, & per se intenditur, & ad quod omnia diriguntur, quæ tractantur in illa facultate, dicitur obiectum attributionis.

Obiectum scientiæ aliud attributi, aliud attributionis.

7 Ad hoc igitur vt aliquod habeat rationem obiecti attributionis in aliqua scientia, requi-

Quæ conditiones requiruntur ad ob-

iectū attributionis. quiritur primò, quod sit aliquo modo vnum, non vnitate physica, sed morali. Secundò vt facultas per se versetur circa illud: versari autē per se circa aliquod est, ita speculari, vel operari circa illud, vt ars sistat in illius speculatione, vel factione: sic mixtio colorum, penicilli, regulæ, mensuræ, &c. non censentur obiecta attributionis in pictura, quia his omnibus habitis non adhuc contenta censetur ars illa, nisi habeat imaginem benè expressam coloribus, quam primò, & per se intendit. tertio requirit Caietanus, quod obiectū attributionis tale sit, vt per illud vna scientia distinguatur ab alia: hanc tamen conditionem non esse necessariam, probant Hurtadus disp. 5. de anima sect. 4. & Giattinus in sua logica qu. 1. ar. 1. quia videlicet possunt duæ facultates habere idem obiectum attributionis, si diuerso modo tendant in illud, seu, quod idem est, si illud respiciant sub diuersa ratione formali sub qua: sic eadem statua est obiectum attri-

tributionis ductoriæ, & fusoriæ, licet ab illa respiciatur vt ductilis, ab hac autem vt fusilis, quod satis est ad sufficienter distinguendas facultates inter se, vt patet.

8. Præterea obiectum attributionis, aliud est materiale, aliud formale: illud est materia, circa quã versatur facultas, vt est marmor respectu statuariæ: hoc, est forma illa, quam in materiam ars intendit inducere, recta scilicet forma hominis: vtrumque autem hoc obiectum integrat vnum obiectum adæquatum attributionis? Rursus obiectum attributionis, vel est partiale, vel totale, primi generis est pars obiecti totalis, vt caput statuæ in statuaria: secundi generis est id, in quo omnia obiecta partialia attributionis continentur; talis est tota statua in eadem statuaria: neque ex eo, quod partiale obiectum attributionis ordinetur ad totale, sequitur, quod reuera non sit obiectũ attributionis; ordinatur enim ad illud tamquam pars ad totum,

Obiectum attributionis aliud materiale, aliud formale.

Aliud partiale, aliud totale.

non autem tamquam medium ad finem. His ita constitutis de obiecto scientiæ in communi, videndum, quodnam sit obiectum logicæ.

Ens rationis aliud logicum, aliud Metaphysicũ.

9 Dubitatur primo, de ente rationis. hoc autem dupplex est: Logicum alterum, alterum Metaphysicum: nomine entis rationis logici venit qualibet secunda intentio, quæ resultat in rebus ab aliqua operatione nostri intellectus ad differentiam primæ intentionis, quo nomine vocatur res qualibet secundum ea solum considerata, quæ habet ex se, & independenter à quocumque actu intellectus: sic realis natura animalis. v. g. secundum se sumpta dicitur prima intentio, denominatio vero generis, quæ illi competit ex eo, quod per actum intellectus præscindatur à differentijs rationalis, & irrationalis, appellatur secunda intentio: idem intelligendum de denominationibus subiecti, prædicati, definiti, diuisi, & alijs huiusmodi, dicuntur entia rationis, quia quoad

illas denominationes pendent ab intellectu, qui ratio communiter dici solet; vocantur autem entia rationis logica, quia illis vtitur logica in suis præceptis, ad melius dirigendas operationes intellectus. Ens rationis Metaphysicum cõmuniter describitur id, quod habet esse obiectiuè tantum in intellectu, circa quam definitionem plura inferius dicemus.

10. Ens rationis logicum, non esse obiectum logicæ censent Auersa, Arriaga, Ouiedus, Giattinus, & alij cõmuniter, & quidem rectè, quia logica primario, & per se solum intendit intellectum bene intelligentem, & habentem rectas operationes de rebus, cum enim inseruiat scientijs, quæ consistunt in cognitione perfecta reddente intellectum scientem, si habeatur intellectus rectè cognoscens habebuntur etiam scientiæ in ipso intellectu: denominationes autē rei bene intellectæ, definitæ, diuisæ, quæ sunt secundæ intentiones, & entia rationis logica, so- *Ens rationis logicum non est obiectũ logicæ.*

him per accidens, & secundario intenduntur à logica, quia videlicet haberi non potest intellectus bene intelligens, quin etiam habeatur denominatio rei bene intellectæ, quod etiam patet ex eo, quod si per impossibile dari possit intellectus bene intelligens, absque eo, quod dentur res bene intellectæ; adhuc logica consequuta esset suum intentũ, quia iam haberet perfectas scientia in intellectu operantis; neque ex eo, quod duo sint ita ad inuicem connexa, vt nequeat vnum sine alio intelligi, rectè infertur, quod intendens vnum ex illis directe, & primario, eodem prorsus modo, & aliud intendere debeat; licet, qui intendit vnum, non possit nolle positiuè alterum.

Describitur ens rationis metaphysicũ.

11 Circa definitionem entis rationis Metaphysici dico primo, To esse obiectiue sumẽdum adiectiue, & extrinsece, non substantiue, & intrinsece; ita vt sensus definitionis sit, illud esse ens rationis metaphysicum, quod cum nullum habeat esse à parte rei cognoscitur ab intellectu, &

C A non

non requiricum Suario, & alijs, quod concipiatur aliquod non ens, & impossibile, vt ens, & vt possibile. Moueor auctoritate Doctorum, qui apertissimis verbis asserūt essentiam entis rationis totam positam esse in cognosci, ac præsertim Vasquez, qui t. 2. 1. p. disp. 118. cap. 4. n. 12. dum negat Deum cognoscere entia rationis à nobis facta, quia si cognosceret, illa efficeret, tenetur asserere idem omnino esse fieri ens rationis ab intellectu, quam ab illo cognosci. & Hurtadi pluribus in locis, & præcipuè disp. 19. Metaph. sect. 3. §. 69. vbi ex doctrina S. Tho. hæc habet. [*Eiusmodi igitur obiecta ficta, atquè chymerica vocantur entia rationis, in quibus idē est formalissime habere esse per solam apprehensionem intellectus, eorum esse consistere in solo cognosci, habere esse obiectiue tantum in intellectu, esse ficta, & esse entia rationis.*] & §. 65. ait ens rationis esse illud, cuius totum esse consistit in cognosci, quam definitionem comunem

pro-

propositam à Suario disp. 14. Metaph. sect. 5. nu. 6. & à Philosophis, atque Theologis ex doctrina Aristotelis, & S. Th. constructam esse dicit.

12 Præterea id mihi suadet ratio, quia si præscindamus à quolibet esse intrinseco ficto, quod est v. g. in chymera, & illam consideremus vt aliquod non ens, seu impossibile, quod obijciatur intellectui, habet totam essentiam entis rationis Metaphysici, verè enim est obiectiue tantum in intellectu, quod non habebit per suum esse intrinsecũ fictum, si hoc per impossibile haberi posset absque cognitione, quę extrinsece terminetur ad obiectum, illud enim esset quidem effectiue ab intellectu non tamen obiectiue in illo: quod igitur fieri potest per pauciora non debet fieri per plura, vt est cõmune axioma. adde quod sicuti ens reale esse obiectiue in intellectu, nõ importat esse aliquod intrinsecũ habitum ab illo, eo quod ei obijciatur, sed solum cognosci: ita ens rationis esse obiectiue in

in-

intellectu non dicit tale esse intrinsecum, sed solum illi obijci, seu ab illo cognosci: cum præsertim ens rationis non differat ab ente reali poenes cognosci, sed poenes id, quod cognoscitur, quod in ente reali habet suum esse independenter ab operatione intellectus, in ente rationis nihil est à parte rei, sed tantum obijcitur intellectui.

13. Non negauerim tamen ens rationis aliquando habere suum esse intrinsecum fictum ab intellectu; quod propterea appello ens rationis fictum, & chymericum; sed solum sustineo, tale esse intrinsecum, non requiri ad ens rationis vt sic: quare quando dicitur de cognitione factiua entis rationis verificari debere, quod sit practica; quod fingat, quod cognoscat non ens ad modum entis, vera hæc omnia censeri debent de cognitione factiua entis rationis chymerici, non autem requiri ad ens rationis vt sic.

14. Atque secundum hanc explicationem sustineri optime

po-

potest ens rationis esse ipsum non ens, quatenus in obliquo connotat cognitionem, atque adeo sequi naturam entium connotatiuorum. vnde fit, vt ipsum non ens, tunc solum denominetur ens rationis, quando connotat in obliquo cognitionem, sicuti comestio tunc solum habet rationem cœnæ, quando connotat in obliquo tempus serotinũ; & in probabili sententia, constituente relationem paternitatis in entitate genitoris, & geniti: hæc tunc solum affert genitori denominationem patris, & genito filij, quando connotat in obliquo rationem fundandi, quæ est actio generatiua, & extra essentiam relationis.

Nulla denominatio extrinseca est ens rationis metaphysicum.

15. Ex quibus patet discrimen inter nostrum ens rationis, & reliquas denominationes extrinsecas, siue illæ cadant supra ens reale, siue supra non ens, quas omnes mordicus nego esse entia rationis metaphysica: tũ quia hæ, cum sequantur naturam nominum concretorum, quæ essentiam suam desumunt à forma,

rea-

reales omnino censeri debent, earum enim forma cognitio est, quæ certè est quid reale, at vero nomina connotatiua, inter quæ repono nostrum ens rationis, attenduntur solum penes id, quod dicunt in recto, quod in casu nostro est non ens, sic in aliquorum sententia, quia vnio inter materiam, & formam, est ens connotatiuum, dicens in recto ipsam materiam, & formam, connotando in obliquo dispositiones indistantiam, &c. dicitur substantialis, eo quod in recto dicat partes substantiales: tum etiã quia denominatio extrinseca cogniti v.g. non habet esse obiectiue in intellectu, si enim directe cognoscas lapidem, vel negationem aliquam, num per eamdem cognitionem cognosces ipsam denominationem, seu lapidem cognitum? minime inquies. Sed quid si talis denominatio cogniti per aliam reflexam cognitionem cognoscatur? habebit tunc quidem esse obiectiue in intellectu sed non tantum, quia erat ante reflexam, cum

orta fuerit ex directa: quomodo igitur erit ens rationis?

16. Dico secūdo particulam, tantum, in allata definitione excludere omne esse reale positiuū præter obiectiuum, siue demum tale esse, actuale sit, siue possibile, non tamen esse abusiuum, & improprium, quale dicuntur habere negationes, & priuationes reales. Primum patet, quia, cum ad rationem entis realis satis sit non repugnantia ad existendum, quælibet res possibilis, cum non repugnet ad existendum, erit ens reale, non erit igitur ens rationis. Secundum probatur, quia particula tantum, cum sit particula taxatiua illud solum excludit, quod, nisi apposita esset, includeretur intra collectionem eorum, à quibus illud excludit: sed intra collectionem denominationum realium positiuarum, qualis est denominatio essendi obiectiue, nisi apposita esset particula illa, tantum, in definitione entis rationis, solæ denominationes reales positiuæ includerentur, & non abusiuæ, & impro-

priæ,

priæ, ergo non hæ, sed illæ excluduntur per particulam, tantū, à ratione entis rationis. Adde, quod, esse, absolute prolatum, verum, ac proprium esse significat, non abusiuum, & impropriū, sicuti vox homo absolute non pictum, aut marmoreum, sed verum hominem adsignificat: sicuti igitur, qui diceret decem homines tantum sunt in hac aula, non pictos, sed solos homines veros excluderet, præter decem: ita dum dicitur ens rationis habere esse obiectiue tantum in intellectu, sensus est, quod ex omnibus denominationibus realibus veris, ac proprijs solam hanc, videlicet, essendi obiectiue, & non aliam habere potest.

17 Infertur igitur ex his primo contra Arriagam disp. 6. sect. 3. subsec. 1. rem possibilem cognitam vt existentem, vt si dicas, Petrum currere, qui de facto non currit, non esse ens rationis; quia existentia cursus Petri exercita, quæ cognoscitur, licet non habeat esse actuale; habet tamen esse possibile, nō enim

Ens possibile cognitum vt existens nō est ens rationis metaphysicū.

re-

repugnat ad existendum, atquè adeo ens reale est, non rationis, neque obstat, quod dicens (equus est rationalis) faciat ens rationis, non quia equus non habeat aliud esse a parte rei, sed quia illud, quod habet ab intellectu, non habet à parte rei, atquè adeo licet cursus Petri habeat possibilitatem, quia tamen non habet existentiam, quæ de illo affirmatur, erit ens rationis: non obstat inquam, disparitas enim est, quia in primo casu id, quod obijcitur intellectui est identitas inter equum, & rationalem, quæ non solum actu non existit, sed etiam habet repugnantiam ad existendum, adeoquè nullum esse reale positiuum, habet neque actuale, neque possibile: at vero in secundo, existentia cursus Petri exercita, vt dixi, licet non habeat esse actuale, quia tamen non repugnat ad existendum, habet esse possibile, & consequenter nō habet esse obiectiue tantum in intellectu.

Negatio realis cognita vt

18 Infertur secundo negationes omnes, & priuationes rea-

reales, si cognoscantur, etiam ⸗ vt sunt in se (posito quod tali modo cognosci possint, quod v- trum veritatem habeat, videbi- mus in metaphysicis) esse vera entia rationis metaphysica, quia cum præter esse obiectiuum, nul- lum aliud habeant esse præter suũ improprium, & abusiuum, quod absolute non est esse, neque ex- cluditur per particulam tantum in definitione entis rationis, ve- re, & propriè sunt obiectiuè tã- tum in intellectu: præter quam ⸗ quod, cum huiusmodi negatio- nes sic cognitæ nõ sint entia rea- lia, neque purum nihilum, erũt certè entia rationis: nil enim vi- detur excogitabile, quod ad ali- quã ex his tribus classibus iuxta triplicem rerum omnium diuisi- onem, cõmuniter receptam à Philosophis, non reducatur, quod si de negationibus realibus, ante- quam cognoscantur absolute, & simpliciter, verum est dicere ⸗, quod sint à parte rei: aduerten- dum ex D. Th. de ente, & essen- tia cap. 1. & Aristotile 5. Metaph. tò sint, importare solum veri- tatem

est in se ⸗ est ens ra tionis me- taphysicũ.



tatem propositionis, quomodo priuationes, & negationes dicuntur esse, quia scilicet de illis affirmatiua propositio formari potest, & sic dicitur, cæcitas est in oculo; non veram, ac propriã essentiam, quomodo solum dicitur de omni eo, quod in re aliquid ponit: ex hoc autem non sequitur, quod negationes impropriè solum sint entia rationis; verè enim, & propriè obijciuntur intellectui: licet secundum suum esse improprium; quod quamuis secundum se non sit ens rationis, tamen denominatur tale, quatenus connotat cognitionem circa se versantem; neque nouũ videri debet, quod aliquod pro vt connotat aliud habeat diuersam definitionem, & essentiam, quam non haberet, si illud non connotaret; sic eidem entitati calefactionis, si hæc connotet agens, competit definitio, & essentia actionis, quæ diuersa omnino est ab essentia, & definitione passionis, quæ illi conuenit si connotet passum.

19 Neque ex his bene infer-

tur,

tur, eamdem definitionem entis rationis competere duobus contradictorijs chymeræ videlicet, & eius negationi; competit enim ipsis, non quatenus contradictoria sunt, sed quatenus conueniunt in ratione communi cogniti, secundum quam nullam dicunt contradictionem: non enim, vt paret contradictoriè opponuntur chymera cognita, & negatio chymeræ item cognita, licet contradictoriè opponantur, vel chymera, et eius negatio; vel chymera cognita, et chymera non cognita.

26 Putant denique nonnulli ex recentioribus, non bene cohærere duas hasce sententias; quod videlicet negatio cognita sit ens rationis metaphysicum, nō autem ens possibile cognitum vt existens: quid enim, inquiunt, est aliud possibilitas rei, nisi non repugnantia ad existendum, seu negatio repugnantiæ ad existendum? iam si cognoscatur hæc negatio, vel erit ens rationis, vel non: si primum, ergo possibile cognitum vt existens

erit

erit ens rationis ? si secundum ; ergo nulla negatio cognita erit ens rationis ; non enim est maior ratio de vna, quàm de alia. Sed immeritò ; id enim, quod possibile est, & ego nego esse ens rationis, non est negatio ; sed ipsum esse reale rei, quæ licet nunc non existat, potest tamen existere. Neque quis vnquam dixerit alium mundum, qui certè est possibilis, nunc esse meram negationem, licet verè nunc sit eius negatio, quod est valde diuersum. Iam si quæras de hac negatione, quæ est negatio actualis existentiæ entis possibilis, quæque necessario requiritur ad hoc, vt ens sit merè possibile, & integrat eius possibilitatem ; vtrum scilicet, si cognoscatur, sit ens rationis ? id vltro concedam, neque ex hoc inferri quid poterit contra me, vt patet.

21 Dico tertio particulam (tantum) limitare solum tò esse obiectiuè, & non esse obiectiuè in intellectu simul, ex quo fit, ens rationis, præter esse obiectiuè in intellectu, posse habere

esse obiectiuè in alijs potentijs, voluntate videlicet, phantasia, &c. neque aliter videntur posse discurrere, qui putant per secũdam operationem intellectus fieri ens rationis, licet hoc supponatur habere esse obiectiuè per primam; neque si eadem chymera cognoscatur simul à pluribus, definet esse ens rationis respectu vnius ex illis, quia scilicet habet esse obiectiuè in intellectu alterius, & Deus ipse nonne faceret ens rationis in sententia Patris Vasques, si cognosceret ens rationis à me factum, licet hoc supponatur habere esse obiectiuè in meo intellectu? Dicere autem quod ens rationis possit quidem habere esse obiectiuè pluries in intellectu, sed non in alijs potentijs: non satisfacit, primo, quia ratio principalis, qua probatur, voluntatem non posse facere quid simile enti rationis, est quia, cum nil sit volitũ, quin præcognitum iam supponitur in obiecto illud esse habitum ab intellectu: vnde dici non potest quod habeat esse obiectiuè

tantùm in voluntate, sed iam ens rationis à me factum, si cognoscatur à Deo supponeret esse habitum à meo intellectu, & tamen illud efficeret; ergo vel in neutro, vel in vtroque casu fieri debet ens rationis. Non satisfecit secundo, quia si quis, cognoscendo chymeram, apprehenderet illam, vt sibi bonam, ac proinde illam sibi vellet; num ideo extraheretur chymera ab esse entis rationis, quia videlicet habet non solum esse obiectiuè in intellectu, sed etiam in voluntate? minimè inquies; igitur particula, tantum, non excludit esse obiectiuum in alijs potentijs.

22 Ratio autem à priori huius rei est, quia denominatio extrinseca obiecti vt sic, se habet, veluti genus, respectu eorū, quæ nullum habent esse reale ad hoc, vt aliquo modo sint; quæ rationem suam differentialem desumunt ex eo, quod obijciantur huic, vel illi potentiæ; quare, quod, cum nihil sit à parte rei, obijcitur intellectui, dicetur

tur ens intellectus, seu rationis, quod idem est; voluntatis autem, si voluntati; & phantasticum, si phantasiæ; neque ex eo, quod homo multiplici ratione sit animatus; primò, quatenus habet animam vegetatiuam cómunem cum plantis; secundò, quatenus habet animam sensitiuam communem cum brutis; tertiò, quatenus habet animam rationalem sibi propriam; extrahitur ab esse animati, quin magis in illo perficitur: pari modo, ex eo quod aliquod ens rationis sit obiectiuè in pluribus potentijs, non tollitur, quin habeat tantùm esse obiectiuè in illis.

23. Potest igitur voluntas efficere aliquod simile enti rationis, tum per actum fugæ, & detestationis, vt quando detestatur mortem, cœcitatem, & alias huiusmodi priuationes rerum, quæ cum non sint entia realia positiua habent esse obiectiuè in voluntate; tum per actum prosecutionis, & amoris; vt si quãdo amet malum, & impossibile, vt sibi bonum, & possibile: sic

Potest voluntas facere aliquod simile enti rationis.

qui amaret mortem, vt intrinsecè bonam, vel moueretur ad venandam Chymeram, vel finem suum vltimum poneret in creaturis efformaret aliquod simile enti rationis: neque vrget: quod, cum voluntas ferri non possit, nisi in bonum, supponere consequenter debet in obiecto intrinsecam bonitatem, datam illi ab intellectu; ex hoc enim non tollitur, quin obiectum illud habeat esse obiectiuè in voluntate; quod satis esse diximus ad ens rationis.

24 Adde quod, licet voluntas, cum fertur in id, quod non est bonum, ac si bonum esset, nō det primò suo obiecto intrinsecam bonitatem, dat tamen secundò, quia licet non transferat Chymerā quātum ad esse intrinsecum, quod habet, de non esse ad esse, neque absolutè, & simpliciter det illi bonitatem, in quam tendit, supponit enim eam iam translatam, & constitutam in ratione boni apparentis ab intellectu; influit tamen actu in illam, & quidem influxu sufficienti

ti ad illam transferendam de non esse ad esse, si per impossibile non inueniisset iam translatam ab intellectu; & hoc est dare Chymeræ esse intrinsecum secundò; nō absimile est quod dicunt communiter cū Suario disp. 26. metaph. sect. 4. qui concedunt posse eumdem numero effectum pendere à duplici caussa totali, totaliter concurrente: neque ex hoc licet inferre, quod sicuti nequit idem effectus naturaliter pendere à duplici causa totali totaliter concurrente; ita nequeat voluntas naturaliter facere aliquod simile enti rationis; quia in primo casu, alter ex his influxibus superfluus esset, cùm vtraque caussa adæquatè influeret, natura autem nihil frustra operatur; at non implicat vnum, & idem obiectum naturaliter simul obijci pluribus potentijs, neque aliqua ex illis frustra operaretur circa illud obiectum.

25 Neque solum voluntas, sed quilibet alius sensus internus, phantasia videlicet, imaginatio, & alij huiusmodi possunt

facere aliquod simile enti rationis. Patet id in quamplurimis animalibus, quæ ex interna apprahésione tenebrarum maximopere timent, & aues, dum, si cõtingat Eclypsis ad suos nidos cõuolant: nonne imaginationem formant de nocte? Canis quoque cognoscit absentiam domini sui, & ideo mouetur ad quærendum illum: neque enim probabile censeo, quod bruta solùm negatiuè cognoscant absentias rerum, quia hoc nil aliud est, nisi non cognoscere res ipsas; quomodo autem Canis, non cognoscendo dominum, illum quæret? num appetitus canis, qui materialis est, ferri potest in incognitum: cùm voluntas, quæ potentia spiritualis est, in illud ferri nequeat? dicere autem, quod canis cognoscat quidem positiuè dominum, quia tamen illum non videt, moueatur ad quærendum illum; non soluit difficultatem; quæro enim; canis, vel cognoscit se non videre dominum, vel non cognoscit: si primùm; ergo iam cognoscit negationem visionis
do-

domini; si ſecundùm: contrà
eſt, quia apprehenſio domini vt
ſic, & negatio viſionis eiuſdem,
non poſſunt ſufficienter mouere
canem ad quærendum dominum,
quia ſæpè canis dominum apprehendit, etiam ſi illum non videat,
& tamen non mouetur ad quærẽdum illum.

26 Ratio autem huius rei
eſt, quia in bonum cognitum vt
ſic, appetitus non fertur, niſi
per ſimplicem amorem, in ſolum
autem bonum cognitum, vt abſens, fertur per deſiderium; ſicuti in bonum cognitum vt præsẽs,
per fruitionem: ex quibus fit
quod ſola cognitio domini vt ſic
abſque viſione eiuſdem, non
ſufficit ad determinandum canis
appetitum per deſideriũ ad quærendum illum, ſed prætereà requiritur, quod cognoſcatur eius
abſentia.

27 Neque brutis videtur
denegandus modus cognoſcendi
negationes per aſſenſum, ſaltem
ſi nomen hoc aſſenſus latè ſumatur; ad id enim ſatis eſt cognoſcere dictas negationes, vel vt

sunt in se, vel ad modum entis, quod non excedit modum operãdi potentiæ materialis; non ita se habet cognitio per dissensum, ad quam requiritur, quod cognoscatur v.g. prius aer, & lumen ipsum, deinde vnum cum alio comparetur, & ad illud ordinetur, postremò negetur vnum de alio: comparatio autem hæc, & ordinatio propria est solius intellectus, quippe spiritualis.

Oculus nõ facit suo modo ens rationis.

28 Quæstio hic fieri potest de oculo, vtrum scilicet efficere possit aliquod simile enti rationis. affirmat Arriaga disp. 6. metaph. sect. & subsect. 3. nu. 30. negat Ouiedus controuer. 12. puncto 6. nu. 30. & communiter omnes melioris notæ Philosophi: placet mihi potissimum pars negatiua; tum quia oculus, (idem intelligo de reliquis sensibus externis) propter limitationem, quam habet, vt experientia ipsa cõpertum est, non potest vagari extra suum obiectum, quod est solus color, & lux; atque adeò solum ens reale: igitur nequit percipere obiectum aliquod impossibi-

bile: tum quia non affertur efficax ratio, quæ sufficienter conuincat oppositum.

29 Color autem ille, quem putat Arriaga creari posse à Deo essentialiter affixum vni loco, vel impossibilis omnino est, vt rectè probat Ouiedus citatus, non enim esset eiusdem speciei cum his, qui de facto dantur, quia color eiusdem speciei cum his, qui de facto dantur est ex se indifferens, vt sit in hoc, vel in illo spatio, & si ponatur à Deo alicui loco affixus, alia præsentia alteri loco, non erit ficta, quia solum repugnabit ex extrinseco decreto Dei, non autem ex ipsa rei natura: neque esset diuersæ speciei, vndè enim habes, quòd talis color sit obiectum huius potētiæ visiuæ? certè nullum adest fundamentum dicendi, posse potentiam visiuam ferri in colores distinctos, & quod caput est diuersos essentialiter ab his, qui de facto dantur.

30 Dato autem, quòd possibilis sit talis color essentialiter affixus vni loco, non conuinces in-

centum, nisi supponas videri ab oculo rerum vbicationes, quod tamen falsum esse bene probant Vasques disp. 19. cap. 2. & Eminentissimus Cardinalis de Lugo de Sacramento Eucharistiæ disp. 5. sect. 4. à num. 86. vsque ad 101. & plures alij cum ipsis.

31 Sed ne videar ipso in limine argumentationis offendere, do aduersarijs creari posse à Deo colorem aliquem essentialiter affixum vni loco, & præterea videri ab oculo rerum vbicationes; at quæso quomodo faciet oculus aliquod simile enti rationis? dices si infundatur à Deo in oculū species talis coloris, quæ sit repræsentatiua illius coloris vbicati in alio loco, in quo essent taliter illi repugnet existere. At ex hoc solum conuincitur oculum de potentia extraordinaria posse attingere aliquod impossibile, quod quidem est præter nostram quæstionem; id enim, quod hic quærimus est, vtrum spectata oculi natura, possit hic se extendere ad vidẽdum aliquod impossibile, sicuti de intellectu creato

non

nō est quæstio vtrum supernaturaliter eleuatus possit facere ens rationis, sed solum vtrum id præstare possit, attento modo illius operandi naturali. Iam in casu nostro, visio talis coloris supernaturalis esset, si non quo ad substantiam, saltem quo ad modum: fieret enim media specie infusa à Deo, præter exigentiam naturæ. Iam si Philosophi communiter negant posse sensus externos naturaliter sentire sine obiecto præsenti, causante speciem, vt videre est apud Suarium de opere sex dierum lib. 3. cap. 12. & Conimbricenses in secundum lib. de anima cap. 6. q. 3. art. 1. multò minus poterit oculus naturaliter videre obiectum aliquod impossibile, cuius speciem nullo modo habere potest.

32 Rursus huiusmodi speciem omnino ficticiam existimo, adeoque non posse à Deo infundi, & ratio à priori est quia species impressa est semen, virtus, & instrumentum obiecti: quomodo autem dari poterit semen, virtus, & instrumentum reale

obiecti, quod est impossibile, atque Chymericum, cuiusmodi esset color ille vbicatus in alio loco? Confirmatur idem à posteriori, quia de facto videmus, quod ipse Deus non habet species reales proprias tenebrarum, neque mali; vt patet ex S. Dionysio, qui cap. 7. de diuinis nominibus ait quod, [*Deus per semetipsum tenebrarum accipit visionem, non aliunde videns tenebras quàm à lumine*,] & D. Thoma 1. par. quæst. 14. art. 10. quod Deus videt mala per bona opposita; & tamen cum specie reali, maiorem proportionem habet priuatio realis, quàm obiectum Chymericum; quod si dicta species implicans est, atque fictitia, quomodo poterit à Deo infundi? num Deus producet Chymeram à parte rei?

33 Ex eo autem quod de Chymera detur species aliqua impropria, ex vi cuius possit illa ab intellectu cognosci, non bene colligitur, posse etiam per speciem impropriam videri colorem istum in alio loco: intellec-

tus enim propter suam perfectionem habet hanc vim, vniendi scilicet plures species reales, ad repræsentandum sibi obiectum aliquod impossibile, quam vim non habet oculus: quia talis vnio, vel est formalis, per affirmationem videlicet illius vnionis; vel virtualis, per simplicē intuitum, quo repræsentet sibi illud vnitum; oculus autem non potest vnire formaliter, quis enim dixerit, illum iudicare, affirmare, &c? igitur multò minus poterit vnire virtualiter, quia modus iste vniendi, vtpote magis accedens ad perfectissimam intuitionem Dei, qui vno simplicissimo actu videt omnia, perfectior est, atque adeo minus proportionatus potentiæ materiali, qualis est oculus.

34. Neque medio speculo videretur color iste in alio loco; obiecta enim, quæ videntur in speculo (vt docet Amicus tom. 2. tract. 3. quæst. 3. dub. 2. art. 2. & alij, & nos fusius ostendemus Deo dante, in libris de anima) videntur in loco, in quo sunt vi-

dentur enim per species reflexas, non per directas.

35 Adde quod, si visio specularis est intuitiua, est enim ocularis, atque adeo essentialiter intuitio, seu visio rei, vt est in se; obiecta videri debent in speculo, vt sunt in se ipsis: sicuti ex sententia D. Thomæ, & Sanctorum Patrum, relata à Recupito 1. p. quæst. 34 de veritate cap. 3. Beati, videndo creaturas in diuina essentia, tanquam in speculo, vident illas vt sunt in se ipsis, quomodo ergo per speculum videbitur color iste cum præsentia impossibili? num quid, spectata exigentia suæ essentiæ, habet, aut habere potest præsentiam impossibilem?

36 Ceterum error imaginationis, aut intellectus est, si quãdo putamus, obiecta ibi esse, vbi videmus speculum, qui tamen error fundatur, non in visione præsentiæ impossibilis, sed, vel in visione simpliciter obiecti in talibus circumstantijs, in quibus non deberet videri, vt cum videmus obiectum, quod scimus

esse

esse à tergo; vel in naturali instinctu, quo cognoscimus, rem ibi esse, vbi operatur, vt si canis, primùm oculos aperiens, videret se ipsum in speculo, quia scilicet beneficio speculi, species ita operantur per reflexionem, ac si obiectum, cuius sunt species, essent ibi, vbi reflectuntur, vel ex diuersa immutatione potentiæ, quæ habetur ex refractione specierũ, dum enim sentio, potentiam visiuam, ita nunc immutari à speciebus, sicuti alias immutata est, quando obiectum est ex aduerso, imaginationẽ formo de illo, quod sit ex aduerso.

37. Atque hæc est ratio, quare Aristoteles sect. 31. problem. 7. ait [*res vna geminari oculo suppresso videtur*,] quæ verba nihil fauent aduersarijs, eorum enim sensus est, quod putetur res illa videri geminata; non autẽ, quod de facto videatur geminata; ratio autem, quare putemus, rem illam videri geminatam; hæc est, quia nimirum sentimus pupillam in duplici loco immutari, quod euenit propter

ter refractionem specierum in compressione oculi totum hoc innuit Aristoteles problem. 11. vbi sic habet [*cur distracta conspectuum societate res vna geminari videatur? An propterea quod oculi vtriusque radius non ad punctum idem deuenit? Ergo, quod bis noster animus inspexit, vnde geminum se inspexisse existimat.*] quid pro mea sententia clarius? neque absimile est exemplum allatum ab eodem Aristotele, ibidem [*proximum euenit,* (inquit ille) *cum digitos mutatis vicibus implicamus, itaque aliquid tangimus; duo namque sentimus, eo quod vnum bis tangimus*] ex quibus omnibus habetur, nullo modo posse oculum attingere aliquod impossibile, atque adeo neque efficere aliquod simile enti rationis, etiam si detur possibilis color ille essentialiter affixus vni loco.

Ens rationis non fictũ fieri potest à Deo.

38 Deus autem facit ens rationis non fictum, dum habet hunc actum, tenebra est non ens: vere enim tunc obijcitur diuino intellectui tenebra, quæ est

negatio realis lucis: posse autem Deum hoc modo cognoscere negationes rerum, ostendit Arriaga 1. p. disp. 5. de scientia Dei à nu. 51.

39. Praeterea cognoscit Deus entia rationis ficta, quae fiunt à nobis; comprehendit enim cognitionem meam, terminatam ad hircoceruum v. g. quod praestare non posset, nisi cognosceret etiam ipsum hircoceruum, qui est terminus talis cognitonis: neque valet responsio Vasques, Deũ in tali casu cognoscere solum hircum, & ceruum, quae sunt entia realia: non autem identitatem illam fictam, quae fingitur ab intellectu inter hircum, & ceruum: non valet inquã, quia terminus meae cognitionis, quem dixi debere à Deo cognosci, non est hircus, & ceruus, sed identitas inter hircum, & ceruum; secus mea cognitio, neque falsa esset, neque terminaretur ad ens rationis; Igitur, quod à Deo cognoscitur, dum ipse comprehendit meã cognitionem de hircoceruo, non est solus hircus, & *Deus cognoscit entia rationis ficta, quae fiũt à nobis.*

ceruus, sed identitas inter hircum, & ceruum, quæ fictitia est, & impossibilis: cognoscere autem non ens ad modum entis per identitatem, cognoscere res aliter, ac sunt in se, cum respectu tamē ad intellectum creatum, qui illa ita cognouit, non repugnat Deo, vt patet; ex hoc enim solum infertur, quod Deus cognoscat modum, quo res cognoscuntur ab intellectu humano: neque cognoscere alienos errores aliqua imperfectio censeri debet.

Facit Deus ens rationis, eo quod cognoscat illud fictũ ab intellectu creato.

40 Rursus ex eo quod Deus cognoscat nostra entia rationis ficta, illa efficit, quia iam Deus in tali casu cognoscit non ens ad modum entis realis; comprehendit enim meam cognitionem qua cognosco non ens ad modum entis realis, esto deinde, si simul aduertat, meam cognitionem esse falsam; neque ad ens rationis requiritur, quod apprehendatur, vel affirmetur, ita se habere à parte rei, sicuti concipitur ab humano intellectu; cum in definitione, illud dicatur esse ens rationis, quod habet esse obiectiuè,

non

non quod habet esse apprehēsum, vel affirmatum existens.

41 Denique potest Deus independenter à quocumque creato intellectu, non solum cognoscere, verum etiam efficere ens rationis methaphysicum; nō enim repugnat Deo hæc cognitio, equus rationalis, vel vnio inter hominem, & equum est impossibilis ad existendum, & dum ipse Deus in scriptura dicit [*non est alius Deus præter me*,] nonne sibi obijcit alium Deum, quem ipse negat? atqui hæc omnia impossibilia sunt; & obijciuntur menti diuinæ; neque obstat quod illa Deus destruat, quia si destruit, certè cognoscit, iam si cognoscit, facit, iuxta superius dicta.

Etiā independenter ab intellectu creato cognoscit, & facit Deus ens rationis methaphysicum.

42 Sic explicata definitione entis rationis methaphysici, dico, illud nullo modo esse obiectum logicæ, quia modus sciendi, quē infra ostendam esse obiectum logicæ, est ens reale, cuiusmodi non est ens rationis methaphysicum, vt de se patet: neque de hircoceruo, chymera, & simili-

Ens rationis metaphysicum non est obiectū logica.

libus, logica considerat principia, aut probat passiones: quod si agit de abstractione, & de genere, specie, & ceteris vniuersalibus; non ideo sequitur, illam agere de ente rationis, quia actus, quibus naturæ abstrahuntur, quique per se considerantur à logica sunt entia realia; sic tradit logica regulas, pro definiendo ente rationis; sed hæc definitio est obiectum logicæ, non ens rationis. Neque definitio, aut diuisio ficta ad aliquam scietiam pertinere debent, sicuti ens rationis medicinale, aut physicum, neque ad medicinam, neque ad physicam, aut alias scientias pertinet: secùs cœlum fictum, aut animal fictum ad scientiam de cœlo, & ad physicam pertineret, quod meritò ab omnibus reijcitur. Quod si velis, hęc omnia ad aliquam scientiam tanquam obiecta partialia, reduci debere, dic, reduci ad methaphysicam, quæ cũ agat de ente rationis vt sic, debet cõsequenter omnes eius species aliquo modo considerare; de quæ consule Arriagam numero 22.

Du-

43 Dubitatur secundo, vtrum voces sint obiectum logicæ. negatiuam partem tueor; quia, vel materialem sonum consideres in vocibus, vel significationem, vel ornatum; secundum nullam ex his rationibus, per se respiciuntur voces à logica: primum enim pertinet ad physicam, quæ de homine agit, & de auditu, eiusque obiecto. secundum ad grammaticam, cuius est disponere voces, vt recte significent, tertium ad rethorem, vel poetā, ad quos spectat congruenter illas ordinare, vt ornatum quemdam, ac numerum habeant ad delectādum; neque aliud est excogitaī vocibus, quod per se cōsideretur à logica. Quod si hæc aliquando agit de vocibus, facit id per accidens, & indirectè, quatenus videlicet illæ inseruiunt ad melius dignoscendos conceptus internos: cæterum Angelus, vel etiam homo mutus, esse potest perfectissime logicus: non enim ad definiendum, diuidendum, & arguendum, quæ sunt operationes logicæ, requiruntur voces,

Neq; voces sūt obiectū logicæ.

 qui-

quibus solum vtimur, ad declarandas alijs definitiones, diuisiones, & argumentationes mentales.

44 Neque ex eo quod logica agat de syllogismo, qui non nisi ex vocibus constat, infertur agere de vocibus, vt de suo obiecto formali: quia id præstat valde indirectè: voces enim substituuntur loco conceptuum, vtpote notiores; sic quando logica præscribit, quid sit definitio, dicens: definitio est oratio explicans naturam rei per genus, & differentiam: sensus est, definitio est cognitio, quæ exprimitur per voces manifestatiuas generis, & differentiæ, quare si efformare cupis definitionem, cognitionem facias necesse est, quæ repræsentet genus, & differentiam, sic Astrologus vtitur cœlo ligneo, facto à lignario, vt per illud cœli architecturam doceat, quod est proprium illius obiectū: non aliter logicus vtitur vocibus, procuratis à grammatica, vt doceat naturam bonarum operationum intellectus. Cœterum

res

res explicare per voces, quo modo à nobis concipiuntur ad grãmaticam pertinet.

45 Dicere autem, quod voces dirigantur per artificium, logicæ deriuatum in illas ab actu interno, eo modo, quo actus prudentiæ externi dicuntur extrinsecè participare rectitudinem prudentiæ, atque adeo sicuti hi sunt obiectum prudentiæ, ita & ille dici possint obiectum logicæ: non subsistit; quia tunc solum actus externus pertinet ad vnam virtutem cum actu interno, quando externus actus, vel dirigitur, vel imperatur ab interno. Sic actus externus prudentiæ, cum imperetur ab interno, rectè dici potest, quod pertineat ad obiectum prudentiæ; at verò voces rectè dispositæ, & ordinatæ, non ordinãtur ab operationibus rectis logicæ, sed ab ipsis regulis grammaticæ: actum autem internum, habent solum pro termino significato, non pro directiuo, quare grammaticæ sunt obiectum non logicæ.

voces nõ sũt obiectũ logicæ.

46 Dubitatur tertiò de rebus

bus ipsis, an sint obiectum logicæ: loquor autem de obiecto proximo, quod scilicet immediatè respicitur à logica. Dico res nō esse obiectum logicæ, hæc enim, neque speculatur, neque facit res omnes, licet quantum ad vsum versetur circa illas, quia videlicet syllogismi exerceri possunt circa res omnes, neque ad aliquod certum genus rerū restringuntur, quod docuit Aristoteles 2. Elenc. cap. 11. & 1. Rhet. c. 1. vt rectè illum explicat Arriaga, quæst. 2. de obiecto logicæ sect. 1. Præterea munus logicæ est, dirigere operationes nostri intellectus, vt scilicet rectè exerceatur, quarum perfectionem, atq; directionem per se, & directè intendit, non autem ipsarum rerum; sicuti igitur obiectum proximum grammaticæ nō sunt res, quæ per voces significantur, sed voces ipsæ congruè disponibiles, neque rhetoricę res persuasibiles, sed ornatus sermō, qui illas persuadeat, neque moralis philosophiæ res honestè appetibiles, sed actus ipsi rationales, quibus ho-

ne-

neftè appetantur; ita, non res, quæ cognofcuntur, fed operationes ipfę, quibus cognofcũtur, logicæ obiectum proximũ cenferi debent. Quod fi dicitur logica confiderare res, vt definitas, vt diuifas, &c. fenfus eft, eam confiderare, non res ipfas, fed earum definitiones, & diuifiones, quod veriffimum eft; fic dicitur Deus cõplacere fibi in peccato, vt cognito; hoc eft amare, & complacere fibi, non in ipfo peccato, quod dicere nefas eft, fed in cognitione fua de peccato.

47 Proprius igitur logicæ finis eft veritas, non quidem obiectiua, quæ eft obiectum ipfum reale, fed formalis, quę cõfiftit in operatione intellectus conformi obiectis: neque logica facit, vt res ipfæ conformentur noftris cognitionibus, fed potius ita dirigit operationes intellectuales, vt conformentur obiectis, illaq; repræfentent, vt funt in fe. Res autem benè definitę, benè di-

uisæ, &c. sunt quidem bonum reipublicæ, at non præcisè per se; sed quatenus consequuntur ad artefactum, quod est per se bonum reipublicæ, ad intellectum scilicet benè intelligentem, quem si posset habere respublica, absque eo quod sequantur denominationes rei benè diuisæ, &c. vtiq; contenta esset, quia iam haberet sapientes. Atque hinc habes modum, quo logica tractet de rebus, vocibus, & cognitionibus; & de rebus quidem, tanquam de obiectis operationũ intellectus, & propter ipsas operationes; de vocibus autem, earumque significatione, vt melius dirigatur intellectus in cognoscendo; cũ difficultate enim loqui possumus de cognitionibus ipsis, sine nominibus, quæ signa sunt rerum, quæ subijciuntur, & prædicantur, & sine verbis, quæ intellectualem affirmationem, & negationem adsignificant: de cognitionibus denique, seu operationibus intellectus agit

lo-

logica per se, vt scilicet illas dirigat iuxta sua præcepta.

48. Dubitatur quarto, an saltem intellectus, vel natura intellectualis sit obiectum materiale proximum logicæ: placet pars negatiua; quia secus principium exequtiuum operis confunderetur cum obiecto, quod non videtur dicendum in habitibus practicis, & præceptiuis, qualis est logica, in quibus, quoad fieri potest, distingui debent principium exequtiuum, obiectum, & præcepta. Neque in saltatoria homo est principium executiuum saltus, & etiam obiectum materiale proximum, & immediatum; hoc enim est solus saltus rectus, & non homo saltans; idem intellige de reliquis habitibus, qui respiciunt vt obiectū operationem rectam. Præterea neque intellectus, neque natura intellectualis, est res præcepta respectu logicæ; quomodo igitur erit eius obiectū? sicuti enim in speculatiuis habitibus, illud est obiectum adæ-

Neq; intellectus, neq; natura intellectualis sũt obiectum materiale logica.

quatum compositum ex materiali, & formali, quod tales habitus speculantur, ita & habitus præceptiui illud respicere debent pro obiecto, quod præcipiunt. Erit igitur intellectus subiectum physicum, in quo nimirum recipitur operatio recta, ad quam tamen recipiendam, nullo modo disponitur ab habitu logicæ; non autem eius obiectum. Neque alio modo natura intellectualis, siue intellectus dicitur factibilis à logica, nisi per accidens, & mediatè, quatenus videlicet ab illa factibilis est forma constitutiua illius, quæ est recta intelligentia, ad quã immediatè terminantur actus logici: illud autem est obiectum proximum habitus practici, ad quod immediatè terminantur eius actus, quodque ideo est ab illo immediatè appetibile, cuiusmodi non est neque intellectus, neque natura intellectualis: quod autem dicitur logica habere pro fine, cui, ipsum intellectum, aut

ho-

hominem, quatenus in bonum ipsorum appetit rectas operationes, nullo modo fauet aduersarijs; quia habitus factiuus instrumentorum, qualis est habitus logicæ, mediatè appetit instrumenta, quæ in casu nostro sunt operationes intellectus rectæ, iuxta præcepta logicæ, non id, quod ad instrumenta consequitur, intellectus videlicet, seu homo benè intelligens: secus dicā ego, obiectum frænifactoriæ immediatum esse hominem, in cuius bonum sit frænum, quo possit benè domare, & dirigere equum, quod est absurdum: dicere autē, quod cuiuslibet habitus practici immediatum obiectum, sit illud idem, quod est subiectum physicum naturale formæ artificialis, aduersatur Aristoteli qui 1. magnorū moralium cap. vltimo dicit, quod in aliquibus habitibus. [*præter actionem nullus sit alius finis, vt præter cythara modulationem, finis non est alius, sed id ipsum pro fine est operatio at-*

quæ actio.] quibus verbis omnes alij fines per particulas negatiuas excluduntur, nisi velis vim inferre Philosophi verbis.

49 Non ideo tamen nego, dari aliquos habitus practicos, qui videlicet relinquunt opus post se, in quibus, præter operationem, assignatur alius finis, & obiectum, vt expresse docuit Aristoteles loco citato, vbi hæc subdit: [*nam factilium, præter facturam finis superest alius, sicut domi factiua, præter ædificationem ipsius finis, præter facturam domus est.*] Ratio autem huius rei est, quia in huiusmodi habitibus, præter rectitudinem operationum, quæ simul cum ipsis corrumpitur; remanet alia forma artificialis, & rectitudo in ipso opere permanente, & in materia extrinseca, quæ etiam, vt obiectum, præter ipsas operationes rectas consideratur; Non sic in istis habitibus factiuis, qui non relinquunt opus post se, in quibus, præter rectam operationem, nil aliud est assigna-

bi-

bile, quod ab ipsis fiat; vnde nil mirum est, si in illis, nullus alius finis habeatur, prater rectam operationem.

50 Neque logica intendit introducere formam artificialem, in ipsum intellectum, seu naturam intellectualem, quæ solum dirigit tanquam principia exequtiua, non tanquam materiam, & subiectum logicum; sed in ipsas operationes, quæ ideo dicuntur opus artificiosum, non forma logicæ, & respiciuntur ab illa, tanquam finis proximus, & intrinsecus; e sto deinde intellectus, seu natura intellectualis respiciatur à logica, sicuti & à cæteris habitibus intellectualibus, tanquam finis cõmunis, & extrinsecus; obiectũ autẽ habitus practici, non in fine extrinseco, & communi, sed in intrinseco, & particulari poni debet.

51 His omnibus ita reiectis, statuo obiectum logicæ; & pro materiali quidem, rectè assignatur operationes intellectus humani, in quibus, si ha- *Operationes intellectus sũt obiectum materiale logicæ.*

 bea-

beatur rectitudo iuxta præcepta logicæ, hæc certè contenta erit; præterquamquod logica agit de definitione, propositione, argumentatione, quæ omnia important operationes intellectus; vt patet consideranti; quod asseto non solum de secunda, & tertia, iudicio scilicet, & illatione; sed etiā de prima, hoc est de simplici apprehensione, quam ab obiecto logicæ excludunt Conimbricenses quæst. 5. prœmiali art. 3. & Hurtadus disp. 1. sec. 2. §. 16. Patet autem assertio, ex eo quia non minus dirigitur à logica, vt scilicet rectè fiat, simplex apprehensio, quā iudicium, & illatio, igitur nō minus hæc, quam illa censeri debet obiectū materiale proximum logicæ. Rursus in hac propositione (homo est animal rationale) prædicatur definitio de definito: iam definitio est, animal rationale, quod potest esse obiectum primæ operationis, quæ vt plurimum præcedit iudicium, neque enuncia-

re quis potest propositionem illam, homo est animal rationale, quin præcedat apprehẽsio vtriusque extremi, quæ terminata ad hoc extremum, animal rationale, repræsentat clare genus, & differentiam hominis, atque adeo est exacta hominis definitio: pertinet igitur definitio ad simplicem apprehensionem, quod si logica tradit præcepta ad rectam definitionem, erit consequenter directiua simplicis apprehensionis, non in particulari, huius scilicet, vel illius, in hac, *vel illa* materia; hoc enim proprium est scientiarum particularium, sed in communi, eo quod dum docet definitionem constare ex genere, & differẽtia, præscribit regulam in cõmuni, qua dirigantur apprehensiones definitiuæ: nisi velis ad alias scientias particulares pertinere directionem, simplicis apprehensionis, quoad substantiam, quia illæ tradunt rerum notitiam; ad logicam vero quoad modum, quia hæc

modum præscribit, quo talis notitia rectè fiat, scilicet per verum genus, & propriam differentiam.

52 Potest autem simplex, & indiuisibilis actus, qualis est prima operatio, reddi conformis regulis logicæ, adeoque capax esse directionis logicæ, quæ simplicem apprehensionē dirigit, iuuando potētiam ad illam rectè efformandam, quæ, licet non possit esse falsa, tamen, vel non fieret, vel cum magna difficultate fieret, sine tali directione; neque repugnat, quòd entitas aliqua simplex,& indiuisibilis fiat eo modo, quo præcepta artis dictāt esse faciendam; poterit ergo simplex apprehensio, licet simplex sit, & indiuisibilis, dirigi à logica, vt eius opus artificiosum. Et licet aliquandò prima operatio dirigatur in bonū secundæ, & tertiæ, cum tamē per se sit quoddam bonum appetibile à logica, dirigitur etiā ab illa propter se ipsam, neque implicat, quod aliquid prop-
ter

ter se, & propter aliud expetatur.

53 Quod autem secunda, & tertia operatio, tum seorsim, tum vnitim sumptæ sint obiectum materiale proximum logicæ, patet, quia vtroque modo diriguntur per præcepta logicæ: Neque secunda operatio semper est pars syllogismi, possumus enim iuxta directionem logicam aliquid enunciare, absque eo quod aliquis sequatur syllogismus; quod si pars est obiecti illius partis logicæ, quæ tractat de *syllogismo*, non hinc tollitur, quin sit obiectum alterius partis eiusdem scientiæ, quæ præscribit regulas circa ipsas propositiones. Tertia autem operatio est quidem instrumẽtum sciendi, licet latè sumptum, quæ, nisi eliciatur iuxta regulas logicæ, potest benè, & malè fieri, saltem ratione consequentis, quamuis ratione illationis, & consequentiæ bene, vel male fieri non possit, si præmissæ rectè disponantur. Neque pri-

ma, & secunda operatio simul sumptæ sunt aggregatum per accidens, idest fortuitò factum, quodque nullam sui caussam determinatam agnoscat, sed sunt aliquod vnum, si non intrinsecè, & physicè, saltem formaliter, & sub ratione obiecti, quomodo possunt à logica considerari.

54 Neque obstat, quod operationes intellectus pertineant ad Animasticum, potest enim idem obiectum materiale esse commune pluribus scientijs; sic ferrum obiectum est frænifactoriæ, & physicæ: dirigũtur igitur à logica operationes præteritæ, per præcepta præterita, præsentes, per præsentia, futuræ, per futura; prout autem sunt materia rectitudinis logicæ, præscindunt ab eo, quod sint rectæ, vel nõ; neque operatio, quæ semel est recta potest eadem numero fieri indirecta, vel contra. Rectitudinem igitur habent, non ex vi sui, sed ex directione logica, quæ non supponit ope-

rationem aliquam singularem, in quam deinde inducat suam formam, sed adiuuat intellectum, ad hoc vt suos actus producat cum rectitudine, & cōformitate ad præcepta logicæ. Quod si, ad formandas propositiones de rebus, eget logica alijs facultatibus, quæ res cognoscant, id euenit, quia ars instrumentalis est, quæ nequit se sola facere suum opus. Demum illæ operationes intellectus censeri debent obiectum logicæ, quæ ab eadem logica non ordinantur ad aliud, cuiusmodi non sunt præcepta logicæ, licet sint operationes intellectus, quæ enim ordinātur ad alias operationes intellectus dirigendas, non sunt obiectum logicæ.

55 Obiectum formale logicæ est rectitudo, seu conformitas ad præcepta logicæ, per quam possimus assequi veritatem: rectitudo tamen hæc non importat aliquod intrinsecè superadditum ipsis operationibus, sed est ipsa met entitas

Obiectum formale logicæ est rectitudo iuxta præcepta logica.

operationis, vt connotat regulas logicas, iuxta quas fit. Neque inter obiectum materiale, & formale requiritur realis distinctio; sed sufficit distinctio rationis: sic eadem operatio considerata sub cōceptu operationis, & quatenus est id quod dicitur esse conforme cum præceptis logicis est obiectum materiale, quo modo distinguibilis est à seipsa, considerata sub conceptu rectitudinis, & quatenus est conformitas eiusdem logicæ præceptis, qua ratione est obiectum formale, vt in sententia communissima, idem ens est obiectum, tum formale, tum materiale metaphysicæ, & eadem entitas hominis est animalitas, & genus, & rationalitas, & differentia. Præterea in scientijs practicis, idem est finis intrinsecus, ac obiectum formale, iam quinam est alius finis intrinsecus logicæ, quam dirigere operationes nostri intellectus? Talis ergo directio erit obiectum formale logicæ.

Quod

Quod si aliquando syllogismus falsus, est in forma logica secundum quid, hoc est quoad dispositionem terminorum; non est tamen completè, & simpliciter iuxta omnia præcepta logica: hæc enim docet ne fiat propositio affirmatiua, nisi prædicatum sit idem cum subiecto, atque adeò, secundum regulas logicæ, nequit affirmari de aliquo subiecto, nisi prædicatum, quod sit idem realiter cum illo, quod non contingit in propositionibus falsis: recta autem dispositio terminorum expetitur à logica, sed in ordine ad assequendam veritatem in scientijs, & artibus.

56 Quod si quæras, sub quibus terminis assignari debeat obiectum adæquatum simpliciter conflatum ex materiali, & formali: Dico rectè explicari à Grattino quæst. 1. artic. 4. dum dicitur esse operationes rectas intellectus vt dirigibiles, sic enim explicatur non solum ratio obiecti formalis, quæ est rectitudo, sed etiã ra-

Sub quib. terminis explicari debeat obiectũ adæquatũ in logica.

ratio formalis sub qua, logica respicit suum obiectum, quæ est dirigibilitas, quæ semper assignari debet in illis artibus, in quibus dubitari potest quænam illa sit; sic fusoriæ obiectum, non dicitur statua vt sic, sed statua fusilis: similiter in logica bene assignatur dirigibilitas pro ratione formali sub qua, ad hoc vt scilicet cognognoscatur quod logica est sciẽtia practica, quæ facit suum opus per præcepta.

Obiectum attributionis in logica nõ est sola demonstratio.

57 Obiectum attributionis in logica non est sola demonstratio, vt censet Arriaga, quia syllogismus probabilis, de quo etiam agit logica, cum non sit pars demonstrationis, neque ad illam præsupponatur, neq; alio modo ad illam pertineat: non ordinatur ad illam, obiectum autem attributionis illud est, ad quod omnia, quæ tractantur in scientia ordinantur. Neque ex eo quod cognitio vnius contrarij conducat ad cognitionem alterius, cum cõtrariorum eadem sit disciplina,

fe-

sequitur, quod cognitio syllogismi probabilis, conducat ad cognitionem demonstratiui; qui species est syllogismi illi opposita, atque adeo ordinetur ad illum, quia sic, propter eãdem rationem, etiam cognitio syllogismi demonstratiui ordinaretur ad probabilé, non enim minus est cõtrarius probabilis demonstratiuo, quam demonstratiuus probabili: vnde non esset maior ratio, quare potius demonstratio dicenda sit obiectum attributionis, & non syllogysmus probabilis: neque in speciebus, quæ vniuocè participant rationem generis, cuius modi sunt syllogismus probabilis, & demonstratiuus, qui vniuocè participãt rationem syllogismi; cognitio speciei imperfectioris ordinatur specialiter ad cognoscendam speciem perfectiorem; secùs dicam ego, cognitionem equi specialiter ordinari ad cognitionem hominis, quod est absurdum.

58 Neque obiectum attri- bu- *Neq; est syllogism.*

complectẽs probabilẽ, & demõstratiuũ

butionis in logica est solus syllogismus perfectus complectẽs probabilem, & demonstratiuũ, vt vult Ouiedus, quia definitio, diuisio, &c. habent aliquam scibilitatem per se, & de illis vt mox dicam tradit logica præcepta vt recte fiant, non videntur igitur excludenda ab obiecto attributionis partiali: sic caput statuæ, licet ordinetur ad totam statuam, quia tamen habet suam propriam scibilitatem, non excluditur à ratione obiecti partialis attributionis in statuaria.

Obiectũ attributionis in logica est modus sciẽdi latè sumptus.

59 Est igitur obiectum attributionis logicæ modus sciẽdi latè sumptus, prout scilicet comprehendit definitionem, diuisionem, & argumentationem, tum probabilem, tum demonstratiuam. Ita docent Suarius disp. 1. metaph. sect. 4. à num. 26. Fonseca 2. methes cap. 3. q. 1. sec. 1. Conimbricenses quæst. 5. art. 3. Ruuius quæst. 6. art. 21. & alij. & de modo sciendi patet, quia hic est finis intrinsecus logicæ, cuius

ius est tradere instrumenta scien di; id autem, quod logica, sicuti & alij habitus practici, intendit tamquam finem assequendum, idem sibi obijcit tamquam obiectum attributionis. Adde quod per modum sciendi immediatè assequimur veritatem, qui est finis extrinsecus logicæ, illud autem, per quod immediatè assequimur finem extrinsecum alicuius sciētiæ, censetur communiter obiectum attributionis in illa scientia; ad hoc enim videntur institutæ artes, & sciētiæ practicæ, vt scilicet dent instrumēta, quibus assequi possimus ipsarum finem extrinsecum: sic quia per domum consequimur defensionem ab iniurijs temporum, quæ est finis extrinsecus ædificatoriæ, domus ipsa censetur in hac arte obiectum attributionis. Quod vero obiectum attributionis in logica sit modus sciendi latè sumptus modo supra explicato, patet etiam, quia logica tradit multa præcepta, quibus bene fiat

definitiones, & diuisiones rerum. Conueniunt præterea huic modo sciendi conditiones omnes requisitæ ad obiectum attributionis in aliqua sciētia, vt rectè ostendit idem Fonseca loco citato; est enim aliquo modo vnum, quodque possit vnica definitione explicari, quia tam de definitione, quam de diuisione, & argumentatione dici potest, quod sit oratio, qua rex notis incognitum declaratur; rursus quidquid in logica tractatur, ad hunc modum sciendi reducitur, neque in logica alia præcepta traduntur, nisi ad rectè definiendum, diuidendum, & arguendum. Demum ratione huius obiecti distinguitur logica ab omnibus scientijs, cum ipsa sola doceat modum, quo de rebus sit disserendum.

60. Neque finis vltimus logicæ est tradere tātum modum sciendi perfectum, & rigorosum, cuiusmodi est sola demōstratio, sed tradit etiam modū sciendi imperfectum, & minus

ri-

rigorosum, quales sunt definitio, diuisio, & argumentatio, quæ licet tractentur à logica in ordine ad demonstrationem, quia tamen habent scibilitatem aliquam independenter à scibilitate demonstrationis: non enim definitio vt sic, dicit essentialem ordinem ad demonstrationem, tamquam ad suum finem; possunt secundum hanc suam scibilitatem à logica considerari, & sine vllo ordine ad demonstrationem: sic, licet omnes tres operationes sint materia syllogismi, & vt sic considerentur in ordine ad illam; quia tamen considerari possunt vt sunt dirigibiles singulæ per se, ideo habent rationem obiecti partialis in logica: sicuti in physicis propter eamdem rationem elementa, licet concurrant ad componendum mixtum, dicuntur obiecta partialia attributionis scientiæ physicæ.

DE

DE VNIVERSALI in communi.

61 QVoniam operationes nostri intellectus, quas diximus esse obiectum logicæ, versantur circa res omnes: hæ autem ex Aristotile aliæ sunt singulares, aliæ vniuersales, de vtrisque breuiter hic agẽdum. Singulare primo intentionaliter sumptum, hoc est secundũ ea, quæ illi competunt à parte rei independenter à quacunque operatione intellectus est id, quod ita in se est vnum, vt diuidi non possit in plura, quorum quodlibet sit totum ipsum; sic id, quod significatur per hanc vocem Cæsar, diuidi nõ potest in plures partes, quarũ quælibet habeat totum esse Cæsaris; non ita vox, homo: significat enim naturam humanam, quæ si diuidatur in plures homines distinctos, quilibet ex his habet totũ id, quod significatur per vocem illam, ho-

Res omnes aliæ singulares, aliæ vniuersales.

Singulare quid sit.

homo. quare Cæsar dicitur terminus singularis, non homo. Diuina verò natura licet communicetur tribus personis, quia tamen in illis non multiplicatur, sed remanet indiuisa, non enim sunt plures Dij, sed vnus est Deus; non potest dici, quod diuidatur in plures personas, quia diuisio importat multiplicationem rei diuisæ: quare singularis censetur natura diuina, sicuti etiã singularis esset si per absolutã Dei potentiam eadem numero albedo poneretur in pluribus subiectis, quia non multiplicaretur in illis, sed maneret indiuisa.

Quid sit natura, quid ecceitas.

62 Iam in quolibet singulari duo sunt: natura scilicet, & ecceitas; naturæ nomine venit id, in quo aliquod indiuiduum vltimò conuenit cum reliquis indiuiduis eiusdẽ speciei: nomine verò ecceitatis intelligitur id, per quod ab illis vltimo differt: sic in Petro id, quod significatur per hanc vocem, homo, idest, animal ra-

rationale, dicitur natura, quia in illa conuenit Petrus cum Paulo, Ioanne, &c. Id autem, per quod idem Petrus est hoc animal rationale, & non aliud, & differt à Paulo, Ioanne, &c. est ecceitas, quæ dicitur etiam Petreitas. Rursus natura Petri verbi gratia,(idem intellige de natura cuiuslibet alterius indiuidui,) nō est quid omnino simplex, sed includit quasdam veluti partes, quæ etiam gradus metaphysici appellantur; ex quibus videlicet componitur essentia metaphysica eiusdem Petri; tales sunt rationes substantiæ, corporis, viuentis, animalis, hominis, ex quibus substantia dicitur genus generalissimum, quia nullum aliud genus supra se habet. cætera, corpus videlicet, viuens, animal, dicuntur genera, quia habent sub se species, sed subalterna; quia stant sub alio genere; appellantur etiam species, quia stant sub alio genere, sed subalternæ, non quia stant sub alia specie, sed

Quid, & qui nam sint gradus metaphysici.

ſed quia habent ſub ſe aliam ſpeciem: homo eſt ſpecies, & nullo modo genus, quia ſub ſe nullam habet ſpeciem, & ideo dicitur ſpecies ſpecialiſſima, ſeu infima.

63 Præter ſeriem horum prædicatorum, quæ à Philoſophis dici ſolet *recta linea prædicamentalis*, aſſignantur quædam aliæ rationes, quæ vocantur differentiæ, & dicũtur poni à latere prædicamenti, quarum munus eſt diuidere genus, & conſtituere ſpecies: ſic ſubſtantia diuiditur per differentias corporei, & incorporei; corpus per animatum, & inanime; viuens per ſenſibile, & inſenſibile; animal per rationale, & irrationale, quæ omnia dicuntur differentiæ, & diuiſiuæ quidem, ſi comparentur ad genus, quod diuidunt, conſtitutiuæ verò, ſi comparentur ad ſpeciem, quam conſtituunt: differentia igitur corporei reſpectu ſubſtantiæ, quam diuidit, dicitur diuiſiua: reſpectu corporis, quod conſtituit, dicitur

constitutiua, idem intellige de reliquis. Aduertendum tamen hic est, differentias illas incorporei, inanimis, &c. non esse puras negationes corporei, animati, &c. sed esse rationes aliquas positiuas oppositas corporeo, & animato: appellantur autem vocabulo negatiuo, quia habent secum adnexam negationem differentiarum oppositarum.

64 Integra igitur, & completa essentia Petri habetur in vltimo gradu, qui est homo: ecceitas autem, quæ superadditur huic gradui est extra eius essentiam, ac propterea dicitur differentia accidentalis, seu materialis, non essentialis, neque formalis. Gradus itaque metaphysici completi, & vt quod sunt prædicata illa, quæ stant in recta linea prædicamentali, substantia videlicet, corpus, &c. incompleti verò, & vt quo illa sunt, quæ stant à latere prædicamenti, corporeum scilicet, animatum, &c. Quæritur nunc quo modo natura ab ecceitate, &

& gradus metaphysici ab ipsa natura, & inter se distinguantur; quod vt melius percipiatur, videndum quid, & quotuplex sit distinctio; tradam autem hic rudem quamdam notitiam de varijs generibus distinctionum, reliqua fusius discutiam Deo fauente in metaphysicis.

65 Dari distinctionem in rebus, experientia ipsa compertum est: experimur enim nos non esse equos, neque statuas marmoreas. Iam distinctio in communi nil aliud est, quam ipsum esse rei, quod distinguitur, prout formaliter inuoluit negationem identitatis cum re, à qua dicitur distingui: sic Petrũ distingui à Paulo est Petrum nõ esse idem cum Paulo. [*Ex hoc* (verba sunt Sancti Thomæ quæst. 1. de potentia, artic. 6. ad 15.) *quod aliquid intelligitur ens, & intelligitur non esse hoc ens, sequitur in illo, quod sit diuisum ab eo.*] vtrum autem distinctio realiter aliquid addat supra entitatem rei distinctæ, siue positiuum, si- *Quid, & an sit distinctio.*

ue negatiuum, videbimus in metaphyſicis. Iam verò diſtinctio alia eſt realis, alia rationis. realis tunc habetur quando hęc entitas, verbi gratia, realis eſt, & realiter nemine cogitante non eſt alia. differt autem diſtinctio ab vnitate, ad hāc enim nullius alterius rei exiſtentia requiritur, præter illius, quæ dicitur vna, neque aliud eſt vnitas, niſi hæc entitas, exigens negationem aliarū rerum ſibi idétificatarum; ad diſtinctionem verò requiritur exiſtētia vtriuſque extremi; vnde fit, quod Deus ab æterno exiſtens, non fuerit ab æterno diſtinctus actu à creaturis, cum hæ non fuerint ab æterno exiſtentes, vt bene docet Suarius diſp. 4. met. ſect. 1. num. 16. citatus àb Ouiedo contr. 4. met. pun. 1. num. 2. neque ex hoc inferas Deum fuiſſe ab æterno idem cum creaturis poſſibilibus, quia, ſi creaturæ tunc non erant, quo modo poterat Deus eſſe idem cum illis? Deus igitur ab æterno intrinſecè, & per ſuum eſse habuit

Quid ſit realis diſtinctio.

buit non esse creaturam , quæ posita in mundo, fuit actu ab illa distinctus.

66 Præterea distinctio realis, alia actualis est, quæ vide licet habetur inter duas res actu existentes, quarũ vna realiter non est alia, qualis est inter Petrum, & Paulum ambo existentes; alia potentialis, quæ habetur, vel inter duas res ambo possibiles: sic distinguitur Petrus possibilis ab Antichristo itẽ possibili; vel inter vnam possibilem, & aliam existentem, qualis est inter Petrum actu existẽtem, & Antichristum possibilem; hæc ab aliquibus dicitur realis priuatiua, & habetur in Deo ab æterno respectu creaturarum possibilium; alia est positiua inter duas res positiuas actu existentes; vt inter Petrum, & Paulum actu existentes; alia negatiua inter duas negationes, vt inter negationem alterius mundi, & negationem Antichristi, vel inter negationem alicuius rei, & aliã rem existentem; vt inter Petrum, & negationem eiusdem Anti- *Distinctionis realis varia genera.*

christi. alia adæquata, quæ dici etiam solet contradistinctio, & habetur inter duo extrema, quorum vnum nullo modo includit aliud: sic distinguitur Petrus à Paulo; alia inadæquata, quoties vnum extremum includit aliquid alterius, licet in alio ab illo distinguatur: sic homo distinguitur ab anima: homo enim includit animam, & præter illam, includit etiam corpus, & dici etiam solet distinctio includentis ab incluso; alia denique distinctio realis, dicitur realis simpliciter, quæ videlicet est inter rem, & rem, qualis est distinctio, quæ habetur inter lignum, & lapidem; alia modalis, quæ habetur inter rem, & modum, vt inter Petrum, & eius sessionem: res autem differt à modo, quia res saltem de potentia Dei absoluta potest esse in rerum natura sine hoc accidente determinato, sine hoc loco videlicet, sine hac figura, &c. modus autem ita est affixus vni rei singulari, vt neque de potentia Dei absoluta possit sine illa consistere: sic res produc-

ta poteſt in rerum natura exiſtere ſine hac numero productione, ac propterea vocatur res; productio autem ipſa exiſtere nequit ſine re, cuius eſt productio, quæ ideo dicitur modus, ſeu quod idem eſt entitatula quædam, cuius totum eſſe in actuali exercitio poſitum eſt; quod expreſsè docet Pater Suarius diſp. 7. met. ſect. 1. nu. 17. qui, poſtquam probauit dari tales modos, ita concludit. [*Dantur igitur in entitatibus creatis modi aliqui afficientes ipſas, quorum ratio in hoc videtur conſiſtere, quod ipſi per ſe non ſufficiunt conſtituere ens, ſeu entitatem in rerum natura, ſed intrinſecè poſtulent vt actu efficiant entitatem aliquam, ſine qua eſſe nullo modo poſſint.*] Diſtinctio ex natura rei vel reducitur ad eam, quæ eſt inter rem, & rem, vel ad eam, quæ eſt inter rem, & modum.

67 Præter has diſtinctiones reales actuales agnoſco cum cõmuni doctorũ ſententia diſtinctionem quamdam realem virtualem: hæc autem duplex eſt, alia, *Quid, & quotuplex ſit virtualis diſtinctio.*

quam vocant in ordine ad prædicata cõtradictoria pro statu reali, & consistit in eminentia obiecti, beneficio cuius, cum vnũ simplicissimum, & indiuisibile in se sit, æquiualet tamen realiter rebus distinctis vt distinctis: vnde fit, quod illi obiecto, propter hanc eminentiam, & virtualem distinctionem conueniant sine vlla falsitate prædicata realia, quæ in alijs rebus non habentibus hanc distinctionem, essent contradictoria, vt sunt produci, & non produci: sicuti rebus realiter distinctis conuenire possunt prædicata, quę contradictoria essent respectu eiusdem. Atque hanc virtualem distinctionem ponimus in Deo, in quo illam agnoscunt quamplures doctissimi Theologi, teste Ouiedo controu. 4. met. puncto 4. §. 2. vbi grauissimos citat auctores, aitq; sententiam hanc doceri ab omnibus fere politioribus, & acutioribus recẽtioribus, eamque expresse docuit Caetanus quæst. 39. art. 1. §. ad euidentiam, & §. ad secundum, cuius verba

Explicatur virtualis distinctio quoad prædicata realia.

ba sunt hæc. [*Ad secundum vero dicitur, quod præceptor non intelligit essentiam, & paternitatem, vt duo obiecta formalia secundum se, sed vt vnum formaliter, & multa virtualiter.*] præterquamquod difficillime sine illa explicantur, quæ tenemur ex fide credere de mysterio Sanctissimæ Trinitatis, naturam scilicet diuinam communicari filio, & non produci, filiationem, quæ est identificata cum natura, non communicari, sed produci à Patre, non producta natura: iam quo modo hæc omnia saluari possunt sine aliqua distinctione? atqui actualis distinctio repugnat infinitæ, & perfectissimæ simplicitati, quæ reperitur in Deo; asserédum igitur est dari distinctionem virtualem in Deo, modo explicato. Neque ex hoc sequitur, posse dici Deum virtualiter finitum, mutabilem, defectibilem; quia virtualis hæc distinctio, quæ in Deo admittitur, oritur ex infinito excessu perfectionis diuinæ, ratione cuius maximopere Deo conuenit, vt æ-

quiualeat rebus distinctis, vt distinctis, vt supra explicauimus: iam ab hac infinita perfectione oriri non possunt sequelæ illæ, quæ maximam inuoluunt imperfectionem.

68 Atque hæc eadem est ratio, quare prædicta distinctio virtualis, quoad prædicata contradictoria realia, negetur ab omnibus in creaturis, quia gratis omnino fingeretur in illis, quæ non habent infinitam simpliciter perfectionem, à qua talis distinctio ortum habet, vt supra dixi, & vlterius confirmo ex Valentia tomo 1. disp. 2. quæst. 1. de processione diuinarum personarum, puncto 3. vbi sic habet. [*Quæ distinctio virtualis, quia in diuinis fundatur in infinitate, sufficiens est, ad hoc vt in diuinis idem re ipsa affirmetur, & negetur de eodem actu sine vera contradictione; rei namque infinita perfectio efficit credibile vt non minus idem possit verificari, & negari de eodem actu distincto sic virtualiter, quam si actu distingueretur.*] & Recupito qui tom. 1.

de

de Deo lib. 3. de attributis in communi, quæst. 4. affirmat distinctionem hanc virtualem. [*Esse maximam perfectionem in Deo immmediatè fundatam in ipsa infinitate, per quam habet, vt adunet sub vnica simplicissima ratione id, quod est distinguibile in plures, & sub vnico conceptu obiectiuo id, quod est intelligibile pluribus.*] Præterquãquod, si talis distinctio admitteretur in creaturis, difficultates omnes, quæ sunt in mysterio Sãctissimæ Trinitatis transferrentur sine vllo fundamento in rebus creatis, & sic dicam ego, res omnes creatas inter se idem esse, licet propter distinctionem hanc virtualem vna producatur, dum alia corrumpitur, quæ non videntur dicenda.

69 Alia distinctio virtualis, quæ datur in ordine ad prædicata contradictoria pro statu intentionali, est eminentia, & perfectio obiecti, per quam, licet in se illud vnum sit simplex, & indiuisibile; realiter tamen æquiualet in suo esse pluribus perfectioni- *Distinctio virtualis quoad prædicata intentionalia.*

bus, quæ in alijs reperiuntur distinctæ, ex quo desumit occasionem intellectus perfectionem illam inadæquatè cognoscendi, & quasi partiendi in quasdam veluti partes, quæ formalitates dicuntur, ita vt vnam ex illis cognoscat, non cognita alia; atque hinc fit, vt de obiecto tali modo diuiso ab intellectu verificentur duo prædicata intentionalia, seu depēdēter ab intellectu, qualia sunt cognosci, & non cognosci, quæ contradictoria essent, nisi in illo esset virtualis *ista distinctio*: ex quibus patet primo, distinctionem hanc virtualem, licet explicetur per æquiualentiam vnius perfectionis ad multas, nō esse tamen proprie ipsam formalem æquiualentiam, sed plenitudinem illam perfectionis, per quā res habet, vt possit pluribus ęquiualere. ita Sanctus Thomas dist. 2. quæst. vnica, artic. 4. §. quantum vero ad quartum. Patet secundo ex eodem Sancto Doctore opusc. 72. prædictam distinctionem esse aliquid reale existēs in obiecto ante operationem intel-

tel-

tellectus, & esse actualem perfectionem obiecti, non tamen esse actualem distinctionem; nisi accedat opus intellectus rem illam actu distinguens, ac propterea dicitur distinctio virtualis, idest virtus, radix, & fundamentum, vnde intellectus per operationem præcisiuam actu distinguat perfectionem illam in plures, vnam sine alia cognoscendo. Patet tertio nomine distinctionis virtualis, quoad prædicata contradictoria pro statu intentionali, hìc non venire distinctionem rationis in potentia, seu in radice, sicuti dicitur de semine, quod sit virtualiter arbor, quatenus scilicet continet in potentia arborem; quia sic idem esset aliqua distingui virtualiter, quam posse distingui per intellectum: sed intelligi plenitudinem quamdam perfectionum, beneficio cuius res æquiualet pluribus rebus distinctis, vt rectè innuit Molina 1. p. quæstione 28. art 2. dub. 1. quem sequitur Eminentissimus Delugo in suis manu scriptis.

Distinctio virtualis quoad prædicata intentionalia datur, non solum in Deo, verũ etiam in creaturis.

70 Iam vero dari distinctionem hanc virtualem, non solum in Deo, verum etiam in creaturis, probatur primo, quia Deus nequit vnico conceptu à nobis concipi, & eius perfectio æquiualet pluribus perfectionibus distinctis, infinitis, si hæ darentur. Præterea videmus in creaturis, quod res, quo perfectiores sunt, eo plures perfectiones, quæ in alijs sunt dispersæ, realiter in se cõtinent identificatas. Sic Petrus vna, & indiuisibilis realiter entitas est; æquiualet tamen pluribus distinctis, substantiæ scilicet, quæ est in Angelo distincta à corpore; corpori, quod reperitur in lapide distinctum à viuente: viuenti, quod est in plantis distinctum ab animali, &c. poterunt ergo tum Deus, tum creaturæ esse fundamentũ, & occasio ad hoc vt intellectus, (qui tanta subtilitate præditus esse censetur, vt possit iuxta cõmunem philosophorum sẽsum, *diuisa adunare, & adunata diuidere*) entitatem aliquam realiter

liter indiuisibilem distinguat in plures formalitates. sed de hac re aliquanto fusius infra.

71 Assignatis varijs generibus realis distinctionis, restat aliquod inquirendum de distinctione rationis, quæ est alterum membrum primæ diuisionis supra allatæ. Ea distinguũtur ratione, quorum vnum non est aliud; non quidem realiter, sed ex vi nostri intellectus, qui ratio dici solet: sic sapientia in Deo est realiter identificata cum eiusdem omnipotentia; quod si quis concipiat sapientiam sine omnipotentia, iam illa, ex vi intellectus illius, inuoluit aliquam negationem omnipotentiæ, non realem, sed rationis, atque adeo erit ab illa distincta, non realiter, sed per rationem. Neque ad hanc distinctionem rationis, vt rectè notat Hur. disp. 6. metaph. sect. 4. §. 67. requiritur, vt intellectus affirmet vnum ex his, quæ distinguuntur, non esse aliud; quia sic iudicium esset falsum; sed satis est si solũ præcisiuè se habeat, cognoscendo scilicet vnum, & *Distinctio rationis quid sit.*

ab

abstrahendo ab alio . Neque hæc distinctio dicitur rationis, eo quod sit fictitia, & chymerica, vel quia est inter entia rationis, chymeram videlicet, & Deum fictum; sed quia in ratione formaliter existit, & est extrinseca obiecto. Quod autem detur hæc distinctio rationis, patet, tum ratione desumpta ab Aristotele, 5. metaph. tex. 16. & S. Tho. quæ. 7. de potentia, arti. 6. quia potest intellectus vnam, eamdemque ré indiuisibilem diuidere in plures conceptus obiectiuos, & vti vno, ac si essent duo; tum experientia ipsa, qua constat multa, quæ realiter idem sunt, concipi sæpe ab intellectu vt diuersa: quod non est aliud, nisi rem diuersificari, ac distingui per intellectum.

Quotuplex sit distinctio rationis. 72 Distinctio rationis duplex est, alia dicitur rationis ratiocinantis, alia rationis ratiocinatæ. Prima habetur, quoties idem omnino obiectum cognoscitur per cognitiones diuersas, quarum tamen vna cognoscat illud confusè, alia explicitè: dicitur

Quænam sit distinctio rationis ratiocinantis, & rationis ratiocinatæ.

citur autem rationis ratiocinantis, quia tota quanta est se tenet ex parte intellectus, qui dicitur à Philosophis ratio ratiocinans, & nullo modo ex parte obiecti, cum hoc nullam det intellectui occasionem, seu fundamentum distinguendi: sic qui diceret Petrus est Petrus, distingueret Petrum à Petro distinctione rationis ratiocinantis. Secunda tunc est, cum per vnam cognitionem non exprimitur totum id, quod obiectum realiter habet in se, sed solum aliquid illius, quod, quia fit, si ab ipsis rebus tribuatur occasio intellectui illas partiendi, seu distinguendi; non se tenet solum ex parte cognoscentis, sed etiam ex parte rei cognitæ, quæ communiter appellatur ratio ratiocinata: talis est distinctio, quæ habetur inter animal, & rationale. Quod si quæras quodnam sit hoc fundamentũ, quod requiritur in obiecto ad hoc, vt habeatur distinctio rationis ratiocinatæ, dico illud duplex esse; primum est distinctio virtualis supra explicata; secũ-

dum

dum connotatio,seu comparatio ad diuersos terminos: sic eadem entitas hominis, cum sit causa omnium suarum operationum, connotat, & ordinatur ad illas; hæ autem sunt realiter inter se diuersæ, atque adeo, si connotentur ab eadem entitate hominis, præbent intellectui fundamentũ, vt possit per diuersas cognitiones nunc ad vnam, nunc ad aliã illam comparare; atque hinc fit vt eadem entitas hominis connotans vnam operationem, seu comparata cum illa, sit diuersa à seipsa, vt comparata, seu connotante aliam operationem, vnde acquirit diuersas denominationes, animalis videlicet, rationalis, &c.

73 Distinctionem hanc rationis ratiocinatę fere omnes Doctores amplectũtur, sed illam non omnes eodem modo explicant; nam aliqui ex recentioribus sequuti nominales ita illam admittunt, vt velint eam esse distinctionem ex parte actus, seu, vt illi vocant, præcisionem formalem. Est autem præcisio formalis

ma-

malis, seu ex parte actus cognitio exprimens totum id, quod realiter est in obiecto, licet in ordine ad vnum tantum connotatũ illud exprimat, & nõ in ordine ad aliud, in ordine ad quod dicitur confusè illud obiectum cognoscere: cum ergo totum obiectum attingatur, dicitur distinctio, non ex parte obiecti, sed ex parte actus cognitionis, quæ, vt patet, confusa est respectu vnius connotati, & clara respectu alterius: sic qui cognosceret totam entitatem hominis tamquam obiectum directum, & solas sensationes cognosceret tamquam obiectum indirectum, & in obliquo, diceretur præscindere principium sentiendi à principio ratiocinandi, non ex parte obiecti; cognoscit enim adæquatam essentiam hominis, sed ex parte actus; quia totam illam indiuisibilem entitatem comparauit ad sensationes, quæ ratione huius connotati dicitur animal, ratione alterius dicitur rationale. Alij

vero distinctionem rationis ratiocinatæ ita explicant, vt velint eam esse distinctionem ex parte obiecti, quam ipsi dicunt præcisionem obiectiuam. Præcisio autem obiectiua est quando ex pluribus formalitatibus, quæ sunt in obiecto realiter identificatæ, vna cognoscitur, & nullo modo aliæ; vocatur autem ex parte obiecti, quia non solum diuersitas est ex parte cognitionis, sed in ipsis formalitatibus obiectiuis, ex vi cuius verificatur, quod animalitas v. g. non est rationalitas pro statu intentionali.

Possibilis est præcisio ex parte obiecti.

74 Verum, his non obstantibus, possibilem puto præcisionem ex parte obiecti. Atque hæc sententia, & communior, & probabilior, &, quod caput est, ad reliquas tum philosophiæ, tum theologiæ quæstiones disputandas vtilior videtur. Eam tuentur, vt alios innumeros, eosque non inferioris notæ doctores sileam, Suarius disp. 6. metaph. sec. & num.

num. 9. & alibi. Vasques, & Eminētissimus Cardinalis Delugo, qui sec. 4. membro 5. post quam dixit nullum forsitā esse extra nostram societatem, qui non præscindat, subdit, [*Intra nostros parietes, si paucos recentiores excipias nostræ Prouinciæ Castellanæ, reliqui omnes veterem sententiam retinent, imo plures ex ipsis, qui præcisiones negant in dialectica, postea in theologia ita quæstiones disputant, ac si verè præscinderent, & tandem fatentur non posse loqui in diuinis sine aliquibus præcisionibus.*] Patet primo, quia non implicat, neque vlla affertur efficax ratio, quæ oppositum conuincat. Secundo, quia, si quis formet hanc propositionem, natura diuina communicatur, & non producitur, certè cognoscet naturam diuinam, quæ est subiectum talis propositionis, & de qua affirmatur prædicatum communicari; & nullo modo cognoscet filiationē, quæ realiter identificatur cum

na-

natura diuina : iam quid est aliud præscindere ex parte obiecti, quam in vnica realiter indiuisibili entitate vnum prædicatum cognoscere, & non aliud ? Adde quod de toto obiecto, quod præcisè correspondet conceptui naturæ diuinæ in allata propositione, cum veritate dicitur, non produci, sed solum communicari; ergo iam præscinditur ex parte obiecti à relatione : quia obiectũ importans naturam diuinam non præcisam à relatione, non potest secundum se totum esse subiectum propositionis, in qua cum veritate potest prædicari, quod solum comunicetur, & non producatur, relatio enim non comunicatur. Quod quidem argumentum ideo validissimum censeri debet, vt notat Delugo citatus, quia non arguit à mysterio Trinitatis secundum ea, quæ habet in se, sed à nostro modo concipiendi, quo loquimur de illo mysterio. Neque valet primo responsio Ouied. contro. 2. nu. 50.

50. quod in allata propositione subiectum propositionis sit tota Trinitas, verificationis autem sola natura; quia, si hoc veritatem haberet, ideo esset, quia ad verificandam propositionem aliquam satis est, vt prædicatum verificari possit de aliquo, quod continetur in subiecto cognito; quod esse falsum patet, quia si quis dicat natura diuina producitur, vel non communicatur, hæretica erit propositio, licet in illa cognoscatur etiam filiatio, quæ potest esse subiectum verificationis in ordine ad produci, & non communicari. quod si dicas prædicatum in qualibet propositione verificari debere de subiecto formaliter cognito tam ex parte obiecti, quam ex parte actus: cuiusmodi est sola natura, cui non conuenit prędicatum produci, & non communicari, ideoque falsam esse prædictam propositionem; iam concedis naturam esse formaliter, & expresse cognitam,

non

non autem filiationem, quæ cum ſint idem realiter, ſequitur idem realiter, eſſe formaliter, & expreſsè cognitum, & non formaliter, & expreſsè cognitum; à quo tantopere abhorres.

75 Non valet ſecundo reſponſio eiuſdem contro. 4. citata, puncto 8. §. 6. & Vadingi diſp. 4. de Incarnatione, dub. 7. §. 12. & 13. huiuſmodi ſcilicet propoſitiones poſſe optime ſaluari in Deo per ſolas præciſiones ex parte *actus*, quia, præterquamquod in hac re prædicti auctores ſint ſingulares, difficillimè ſaluant veritatem harum propoſitionum, natura comunicatur, perſonalitas non comunicatur, natura non producitur, filiatio producitur, ſi in illo termino, natura, concipiatur etiam perſonalitas: numquid enim Deus reuelauit naturam communicari, & non perſonalitatem, ſolum ſecundum noſtrum modum concipiendi? Audi Faſolum prima parte

quæ-

quæstione 4. dub. 14. num. 16. [*ex terminis notum videtur nos, cum concipimus, & nominamus intellectum v. g. & voluntatem Dei, concipere, in ipso significato præcipuo, ac directo vnius nominis importari aliquod intrinsecum Deo, quod non importatur alio nomine; vnde oritur, vt de vno affirmemus aliquod prædicatum reale intrinsecum Deo, quod negamus de alio, vt generare filium de intellectu, non de volũtate, spirare spiritum sanctum, de voluntate, non de intellectu, &c.*]

76. Non valet tertio responsio Arriagæ disp. 5. log. sec. 4. dari quidẽ præcisiones obiectiuas in diuinis inter naturam, & personalitates, inter intellectum, & voluntatem, non autem in creatis, propter infinitatem perfectionis, & distinctionem virtualem, quorum neutrum habetur in creaturis; non valet, inquam, tum quia diuina perfectio se habet solum extrinsecè, & terminatiuè in ordine ad cognitionem

intellectus distinguentis istas perfectiones, ergo, si omnimoda identitas in diuinis non obstat, quin intellectus noster perfectè præscindat, neque obstabit in creatis realis identitas, quæ est inter animal, & rationale, atque adeo poterit ex illis intellectus vnum cognoscere sine alio; tum etiam quia infinita Dei perfectio non refundit in nostrum intellectũ nouam aliquam perfectionem, & vires, vt possit concipere Deum diuerso modo, ac concipit reliqua omnia obiecta; vnde fit, vt, licet Deus propter suam infinitam perfectionẽ possit cõmunicare essentiam, non communicata filiatione, producere filiationem, non producta essentia, cum hæc omnia se teneant ex parte ipsius Dei, non tamen supernaturalizat intellectum, vt possit in Deo vnum cognoscere sine alio; quare, si hoc præstat intellectus noster in Deo, arguitur ipsius virtus, quæ, cum eadem sit respectu cuiuscumque

que entis creati, non est cur eadem vis, quæ illi conceditur in diuinis, negetur in creatis; tum demum, quia iam probauimus, dari distinctionem virtualem, cuius beneficio saluari optime potest, quod prædicata illa, cognosci, & non cognosci, non cadant supra idem; quod est maximum absurdum, quod contra nos inferunt aduersarij, vt clarius ex dicendis constabit.

77 Neque dicas posita præcisione obiectiua idem cognosceretur, & non cognosceretur; hoc autem inuoluit cōtradictionē: quia falsa est minor, posita illa maiori; nam posita præcisione obiectiua, idem realiter, sed virtualiter diuersum cognosceretur, & non cognosceretur; quare, cum non seruetur constantia terminorum; id enim, quod cognoscitur non est idem cum eo, quod dicitur non cognosci; nulla habetur contradictio. Neque per hanc responsionem petitur principium; nā

arguenti, quod admissa præcisione obiectiua, verificantur duo contradictoria de eodem, respondetur, quod admissa præcisione obiectiua, non sunt amplius idem, atque adeo nõ verificantur duo contradictoria. Et certe quæstio nulla alia est, meo iudicio, nisi hæc, vtrum admissa præcisione obiectiua sequatur contradictio: tu affirmas: ego nego; sed vtrique præcisionem debemus supponere ad hoc vt videamus, an ex illa sequantur duo contradictoria: vbi quæso hæc est petitio principij? in qua quidem quæstione valde vereor ne ipsimet aduersarij, velint, nolint, incidant in id, quod nobis obijciunt, & dum probant non posse dari præcisionem obiectiuam inter gradus metaphysicos, quia idem animal cognosceretur, & non cognosceretur, & quod eadem entitas animalis cognosceretur, & non cognosceretur, probant ex eo, quod non possit dari præcisio obiectiua,

vereor, inquam, ne ipsi potius petant principium, & circulum vitiosum committant, vt consideranti est manifestum.

78 Præterea si potest per aduersarios sine vlla contradictione entitas aliqua, v. g. hominis, quæ per ipsos est tum realiter, tum virtualiter eadé, si potest, inquam, quoad operationes communes motus explicitè cognosci, & quoad operationes proprias, & rationales solum implicitè, atque adeo de eadem entitate verificari debet, quod cognoscatur explicitè, & non cognoscatur explicitè; cur non poterit sine vlla contradictione de entitate, quæ realiter vna est, & virtualiter multiplex, dici quod secundũ vnam cognoscatur, & non secundũ aliam? quod si ordo ad diuersa connotata fauet aduersarijs, cum tamen hæc sint extrinseca obiecto; multo magis suffragari debet præscindentibus plenitudo illa perfectionum, quibus Petrus v. g. æquiualet mul-

tis; cum sit intrinseca, quin & ipsa essentia Petri. Rursus quid est non attingere obiectũ in ordine ad omnia connotata, nisi attingere ordinem, quem dicit obiectum ad aliqua connotata, & non attingere ordinem, quem idem obiectũ dicit ad omnia. Iam iste ordo formalitas quædam intrinseca est, quia animal, quod est in homine v. g. per suam met essentiam respicit discursum, quo implicante, implicaret vtique animal, quod est in homine; ergo cognitio ista confusa cognoscit aliquam formalitatem intrinsecam obiecto, ordinem videlicet, quem dicit ad aliqua connotata, & non cognoscit aliam formalitatem, scilicet ordinem, quem dicit ad omnia connotata; ergo iam præscindit obiectiuè. Quod si dicas cognosci etiam ordinem, quem dicit ad operationes rationales, licet non exprimatur: cõtra, ordo ad operationes, v. g. sensitiuas exprimitur, ordo ad operationes ratio-

tionales non exprimitur: sed isti ordines sunt formalissimè idem; ergo idem exprimitur, & non exprimitur. Neque valet responsio Arriagæ, cognosci scilicet clarè animal, & non cognosci clarè rationale, nil aliud esse, quam attingere distinctionem animalis à non animalibus, & non attingere distinctionem rationalis à non rationalibus, non valet, inquã, quia eadem simplicissima ratio est constitutiua Petri in esse animalis rationalis, & distinctiua illius non solum ab omnibus non animalibus, sed etiam ab omnibus irrationalibus; tum sic arguo: attingere distinctionem animalis à non animalibus est attingere id, per quod animal distinguitur à non animalibus; & non attingere distinctionem rationalis à non rationalibus est non attingere id, per quod distinguitur rationale à non rationalibus: sed id per quod animal distinguitur à non animalibus est formalissimè idem cũ

co, per quod rationale distinguitur à non rationalibus; ergo idem attingitur, & non attingitur per cognitionem præcisiuam ex parte actus, cuius est cognoscere obiectum confusè modo explicato.

79 Nonnulli ex recentioribus, vi forsitan argumenti huius, pressi, nouam iniere viam, aiuntque, quod quoties Petrum attingo per aliquam cognitionem, per eamdem æqualiter repræsento omnes eius perfectiones; undè non sequitur, idem cognosci clarè, & non cognosci clarè: ingeniosa quidem respõsio, sed suas etiam patitur difficultates; peto enim quomodo cognito animali u. g. cognitione clara ut quatuor, eadem cognitione clara ut quatuor cognoscatur rationale, cum nullo modo attingantur operationes rationales, atque adeò non habeat intellectus species de principio ratiocinandi; numquid operationes sensitiuæ, quæ cognoscuntur ab intellectu, dum cognoscitur animal, producunt

spe-

speciem principij discurrendi à quod si id faciant, eo quia aptæ sint producere speciem principij sensitiui adæquati, à quo realiter procedunt, quod in homine est tum animal, tum rationale; nulla est assignabilis ratio, quare non cognoscatur animal etiam ut principium operationum rationalium reduplicatiuè, quod ipsi aduersarij negant; secus aliquid aliud dicet animal, ut principium operationum rationalium, dum potest cognosci ut principium operationum sensitiuarum, etiã reduplicatiuè, non autem ut principium operationum rationalium; quod si admittas, teneris iam fateri, quod idem cognoscatur, & non cognoscatur; præterea si cognito animali eadem claritate cognosco in illo principium sentiendi, & principium discurrendi, cur ex ui præcisè illius cognitionis affirmare non possum de illo animali, quod sit principium discurrendi, sicuti de facto de eodem affirmo quod sit principiũ

sentiendi? num quia, cum nullo modo cognoscam operationes rationales, non cognosco illud ut principium discurrendi? sed hæ extrinsecæ sunt animali, & solum pertinent ad obliquum ipsius principij; non redditur igitur ratio, quare cognito eadem claritate recto utriusque principij, sentiendi uidelicet, & discurrẽdi, possit potius unum de illo affirmari, & non aliud; adde quod cognitio obliqui in ordine ad affirmationẽ, ideò p te requiritur ad hoc ut augeat claritatem cognitionis attingentis rectum; sed, cognito animali, eadem est claritas cognitionis respectu utriusque principij, etiam si obliquum principij discurrendi, uidelicet operationes rationales non cognoscantur; ergo eodẽ prorsus modo se habere debet intellectus quoad affirmationẽ respectu utriusque.

80 Neque iterum dicas, si possum præscindere animal à rationali, cur non Petrum ab ipso Petro? non enim magis

reali-

realiter idem est Petrus cum Petro, quam animal cum rationali; ratio est, quia Petrus nō solum realiter est idē cum Petro, sed etiam uirtualiter; non enim est æquiualenter plures Petri, at uero idem Petrus cōtinet æquiualenter in se plures perfectiones, quarum una sit animal, alia rationale: quod autem hæc continentia, seu, quod idē est, uirtualis distinctio sit sufficiens fundamentum, ad hoc ut intellectus in unica indiuisibili realiter entitate unii cognoscat sine alio, patet, tum quia nulla urget ratio in cōtrarium; tum quia attenta ex una parte subtilitatē nostri intellectus, de quo inquit Suarius disput. 6. metaph. sect. 9. numero 12. [*Hac est vis intellectus, ut præscindat, & abstrahat quæ in re non sunt actu distincta, aut præcisa.*] undè de illo, iuxta commune axioma, dicitur, [*Posse adunata diuidere, & diuisa adunare.*] & ex alia parte spectata eiusdem intellectus limitatione, ratione cuius non

potest, nisi imperfectè res cognoscere, paulatimque procedit, rem simplicem, & indiuisam quasi per partes sibi obijciendo, ut rectè innuit Vasques, qui disp. 118. cap. 2. numero 7. rationem assignans, unde multa nobis obijciantur, quæ reuera plura non sunt, sed unica res simplicissima, ex Diuo Thoma quæstione 7. de pot. artic. 6. ait. [*Ex infirmitate, & imperfectione nostri intellectus, dum cognoscit per ænigma, & alienas species, prouenit, ut rem integre, sicuti est, cognoscere non valeat, & ideo quasi per partes ipsam apprehendat, & diuidat, vel ex varijs effectibus variè naturam eius cognoscens, vel ex diuersis creaturarum perfectionibus diuersè illam intelligens.*] His inquam consideratis ex parte nostri intellectus si accedat ex parte obiecti plenitudo perfectionū, quibus entitas illa æquiualeat pluribus perfectionibus, quæ in alijs rebus reperiuntur dispersæ, præbetur sufficiens fun-

da-

damentum intellectui unum ab alio distinguendi; atque adeò præscindendi ex parte obiecti; potest enim optimè entitatem illam, uidelicet hominis hunc considerare prout æquiualet æquo in gradu animalis, æquiualet inquam diuisibiliter pro statu obiectiuo, at indiuisibiliter pro statu reali, quia licet realiter tota entitas hominis æquiualeat, indiuisibiliter equo formaliter tamen vt animal illi æquiualet; non vt rationale; vt patet; quod ergo intellectus ita se gerat in cognitione obiectorum, prouenit ex illius subtilitate, admixta tamen cum eiusdem limitatione, & supposita in obiectis virtuali distinctione iã explicata; ex quo, vt patet, nõ sequitur Deum posse obiectiuè præscindere, cum id refundatur in perfectionem intellectus, Dei autem intellectus omnium perfectissimus est; non id inquam sequitur, quia præcisio hæc ita in intellectus perfectionem refunditur, vt aliquid etiam imperfectionis inuoluat, qualis est

creati

creati intellectus limitatio, & finitas, quare non est Deo tribuenda; ficuti discursus, licet in homine dicat perfectionem, quia tamen admixtus est in illo cum aliqua imperfectione, iurè non tribuitur Deo.

81. Animal ergo, & rationale in homine vt cōtradistinctū à cognitione est in se distinctum, non quidem formaliter, sed virtualiter, quia præsupposita plenitudine illa perfectionum, potest intellectus distinguere, non producendo aliquod intrinsecū in obiecto, hoc enim repugnat cognitioni, quæ est illi extrinseca. sed tollendo ab illo aliquod intrinsecum, tollendo inquam non positiuè, sed solum præcisiuè ex eo videlicet, quod cognoscat principium sentiendi, non cognito principio discurrendi, dicitur tollere ab illo obiecto pro statu intētionali principium discurrendi; potest autē actus extrinsecus facere in obiecto mutationem intrinsecam, si non per se, & immediatè, saltem mediate, & per accidens,

per-

per terminum scilicet intrinsecum, quem intentionaliter ponit, vel tollit ab obiecto; & sicuti, si Deus subtraheret concursum physicum, albedo amplius non esset physice in pariete, ita subtracto ab intellectu concursu intentionali, seu, quod idem est, si intellectus repræsentare desinat albedinem, non erit amplius in pariete albedo pro statu intentionali, seu respectu intellectus; Quod si petas, quomodo fiat hæc diuisio ex parte obiecti ab intellectu; dicam fieri per actum intellectus in genere causæ formalis defectiuæ; quare actus illam faciens duo necessario inuoluit, positiuam repræsentationem vnius prædicati, animalis videlicet, & negationem repræsentationis alterius, scilicet rationalis: quoad modum loquendi, dic ab actu præscindente, tolli ab obiecto aliquod intrinsecum, sed extrinsece; id enim, quod præcisiuè tollitur, intrinsecum est, tollitur autem per formam extrinsecam, atque adeò extrinsecè.

Rur-

82 Rursus non valet; non implicat in homine animalitatē cognosci, non cognita rationalitate, ergo neque implicabit illam existere, hac non existente, illam produci, hac non producta; non enim minus contradictoriè opponuntur cognosci, & non cognosci, quàm existere, & non existere, produci, & non produci; ergo distinctio virtualis, quæ saluat contradictionem illorum prædicatorum, saluare etiam poterit, & istorum, vel si vnam contradictionem saluare non potest, neque erit sufficiens ad saluandā aliam. Quæro enim à te, qui admittis distinctionem virtualē inter personam Patris, & naturam diuinam, num, sicuti de illis cum veritate, & sine vlla cōtradictione dicitur, quod natura diuina communicetur Filio, non autem paternitas, possit eodem modo affirmari naturā diuinam existere, non existente paternitate, vel illam esse non dependentem, hanc verò dependentem? certè ne in manifestū

laba-

labaris errorem, teneris id mordicus pernegare, atqui non minus contradictorie opponuntur communicari, & non communicari, quam existere, & non existere, esse dependens, & non esse dependens, quid quæso tu ad hæc? replicabis quia, ad saluanda prædicata illa communicari, & non communicari de eadem entitate Dei, sufficit distinctio virtualis, quam dari in Deo dictum est, at verò ad saluanda illa alia, existere, & non existere, esse dependens, & non esse dependens, neque sufficit distinctio realis; sed præterea requiritur dissimilitudo in natura diuina, quod videlicet ita vnus terminus distinctionis sit suppositū diuinum, vt alterū nō sit huiusmodi, quod implicat; ita dicam ego, ad verificanda illa duo prædicata cognosci, & non cognosci de eadem indiuisibili entitate sufficit distinctio virtualis quoad prædicata intentionalia, à me supra explicata; at ad veritatem illorum, prædicatorum existere, & non existe-

re, esse dependens, & non esse dependens requiritur distinctio realis, quæ non habetur inter ea, quæ sunt vna realiter entitas indiuisibilis: neque ex eo quod de duobus terminis verificentur prædicata aliqua contradictoria beneficio alicuius distinctionis virtualis, sequitur posse de ijsdē verificari cæteras omnes contradictoriorum comminationes, vt pateb ex allatis exemplis. Cæterum ratio, quare distinctio virtualis, quam agnoscimus inter animal, & rationale, non sit etiam in ordine ad existendū, & non existendum, est, quia virtualis ista distinctio non potest esse ad ea prædicata contradictoria, quæ excludunt realem indistinctionem, cuiusmodi sūt existere, & non existere; sunt enim denominationes, quæ cōpetunt rebus, prout se habent à parte rei independenter à quocunque intellectu; vndè fit quod nisi adsit realis distinctio inter res denominatas, saluari nullo modo possit earum contradictio; licet, ergo non minus cō-

tradictoriè opponantur cognosci, & non cognosci, quam existere, & non existere, produci, & non produci, si considerentur ipsi termini secundum se; falsum tamen id est, si considerentur respectu subiecti, quod afficiunt, quia existere, & non existere, produci, & non produci sunt termini conuenientes entitati Petri v.g. pro statu reali, pro quo statu nullam agnoscit realem distinctionem inter gradus metaphysicos, quos includit; at verò cognosci, & non cognosci sunt termini, qui conueniunt rei pro statu obiectiuo, pro quo ponitur habere distinctionem virtualem, cuius beneficio potest intellectus vnã partem cognoscere, non cognitis alijs.

83 Quod si vlterius quæras rationem, quare sicuti inter gradus metaphysicos, admittitur distinctio virtualis, ex vi cuius possunt de illis cum veritate affirmari prædicata contradictoria intentionalia, non possit etiam in illis admitti distinctio-

tio virtualis quoad prædicata realia : reſpondetur, quia ex hoc quamplurima ſequerentur abſurda, quæ ex illa non ſequuntur; ſequeretur inquam, quod idem realiter diſtingueretur à ſe ipſo, eadem res eſſet realiter eadem, & non eſſet eadem realiter; tota difficultas myſterij Santiſſimę Trinitatis poneretur in rebus creatis, quod eſt euertere totam philoſophiã, & res purè naturales æquè difficilè, & obſcurè explicare, ac ſacroſanctum illud, & arcanum Trinitatis myſterium, quæ omnia philoſopho indigna cenſet Ou. controuerſia 4. puncto 4. §. 3. num. 12. qui num. 15. ſubdit nos numquam poſſe in forma syllogiſtica recte procedere, ſi ſemel admittatur virtualis iſta diſtinctio: præterquã quod in creatis nõ habetur perfectio infinita, quam arguere videtur talis diſtinctio in ſubjectis, in quibus eſſe debet, vt ſupra innui ex Valentia, & Recupito, & nunc vlterius confirmo ex Arriaga, & Ou. quorum

rum primus tractatu de Trinitate disp. 42. sect. 1. subsect. 3. num. 8. sic habet [*Hinc colliges duas hasce distinctiones virtuales malè à multis in vnum confundi cum differant toto cælo inter se, vt ex dictis, & dicendis, dum hanc secundam* idest distinctionem in ordine ad prædicata realia, *in Deo dari ostenderimus clarius patebit; secunda enim requirit infinitam perfectionem in suo subiecto: prima potest in imperfectioribus entitatibus reperiri.*] Secundus verò postquam huiusmodi distinctionem reijciendam omnino esse à creaturis fusius ostendit, non solum in ordine ad produci, & non produci, communicari, & non communicari, sed etiam in ordine ad alia prædicata realia, qualia sunt animam rationalem vniri materiæ quatenus sensitiuam, non quatenus rationalem, & reliqua huiusmodi; loco cit. num. 14. circa finem ita concludit. [*Arguit igitur hæc virtualis distinctio infinitam perfectionem, & ideo illam in creaturis admittere nefas est.*] Co-

84 Cognitio igitur præcisiua, seu distinctio ista rationis subiectiuè est in intellectu, terminatiuè verò in obiecto; quod est commune omnibus actibus intellectus, cum de ratione formæ extrinsecæ sit, vt nō debeat esse in illis, cui tribuit denominationem, sed inhærens in alio intrinsece, tribuit termino extrinseco suam denominationē: præterea cognitio hæc non repræsentat duas formalitates, sed solum repræsentat vnam, distinguendo illam ab alia, atque adeo, licet obiectum, vt adæquatè distinguitur à cognitione, non habeat plures formalitates, quæ plures sint antecedenter ad ipsam cognitionem, habet tamen plures formalitates, quæ plures sint per ipsam cognitionem, quæ, dum cognoscit vnā, & non cognoscit alias, constituit plures: neque implicat in statu intentionali constituere diuisum, & plurificatum id, quod in se realiter vnum est, & indiuisibile. Rursus formalitates istæ non sunt plures à parte

rei;

rei; realiter enim vnum obiectum habetur indiuisibile; sunt tamen plures in intellectu, non quidem per repræsentationem plurium, sed per distinctionem vnius ab alia; nisi velis per cognitionem præcisiuam cognosci plures formalitates, inchoatiuè tamen, & virtualiter, quatenus potest ad illam sequi iudicium negatiuum, quo quis dicat, animalitas non est rationalitas, in quo casu esse debent in intellectu plures formalitates, & quidem per repræsentationem plurium. Demum ad hoc, vt habeatur præcisio obiectiua inter animal, & rationale, non requiritur, quod animal cognoscatur formaliter, vt aliud à rationali; quia sic cognitio, cum ipsa sit alietas, deberet cognoscere se ipsam, quod implicat; sed satis est, si constituatur ipsú animal aliud à rationali pro statu intentionali, dum illud repræsentat, nullo modo repræsentato rationali.

85 Quod si potest intellectus in entitate simplici, & realiter

liter indiuisibili, vnum cognoscere sine alio, & hoc beneficio distinctionis virtualis, non ideo poterit beneficio eiusdem distinctionis omnipotentia Dei, q. certe subtilior est, & perfecti nostro intellectu, partiri idem ens indiuisibile in plures partes, vnam tantum producendo, & non aliam; disparitas enim desumitur ex ipsa diuersitate statuum; nam per nos id quod est indiuisibile pro statu reali, ponitur diuisibile pro statu obiectiuo, quod non implicat: quod si omnipotentia diuina posset vnam partem entis indiuisibilis producere, alia non producta, idem ens pro eodem statu reali esset indiuisibile, vt supponitur, & non esset indiuisibile, quia posset secundum vnam partem produci, & non secundum aliã; ex eo autem, quod idem ens possit nunc per vnam cognitionem, quæ adæquate illud repræsentat, attingi indiuisibiliter nunc vero per aliam, inadæquatè, & diuisibiliter, secundũ tantum vnam partem, & non

se-

ſecundum aliam, non ſequitur quod ſit diuiſibile, & non ſit diuiſibile pro ſtatu obiectiuo: ſéper enim, quantum eſt ex ſe, cenſetur diuiſibile pro eodem ſtatu obiectiuo, licet nunc attingi poſſit diuiſibiliter, nunc vero indiuiſibiliter: ſic quantitas palmaris non cenſetur eſſe à parte rei diuiſibilis, & non diuiſibilis, eo quod poſſit creari per vnam actionem, quæ det illi eſſe indiuiſibiliter, & per aliam, per quam acquirat eſſe per partes, atquè adeò diuiſibiliter: ſemper enim quantum eſt de ſe diuiſibilis eſſet pro ſtatu reali: adde quod etiam ſi demus, poſſe idem obiectum dici diuiſibile, & non diuiſibile reſpectu diuerſarum cognitionum pro eodem ſtatu obiectiuo; adhuc non ſequitur, poſſe idem obiectum eſſe diuiſibile, & non diuiſibile pro ſtatu reali, reſpectu diuerſarum actionum; diuiſibilitas enim intrinſeca, quã habet entitas hominis v. g. pro ſtatu obiectiuo, ſtat cum extrinſeca indiuiſibilitate, quam ha-

bet ex eo, quod attingatur per cognitionem, quæ feratur in illam indiuisibiliter : at vero indiuisibilitas intrinseca, quam supponitur habere eadem entitas hominis pro statu reali, non stat cum eiusdem diuisibilitate item intrinseca pro eodem statu, quam vere haberet, si poneretur secundum vnam partē produci, & non secundum aliā; adde quod actio productiua realiter alicuius entis terminatur necessario ad physicam entitatem illius, quæ nullam admittit realem distinctionē inter sua prædicata quidditatiua; at vero cognitio terminatur aliquando ad essentiam metaphysicam, hoc est ad prædicata quidditatiua, quæ, licet inter se realiter sint identificata, sunt tamen virtualiter distincta, beneficio cuius distinctionis virtualis potest sine absurdo aliquid illius entitatis realiter indiuisibilis cognosci, & aliud non cognosci; at pro statu reali, animal in homine habet necessariam connexionē cum omnibus alijs prædicatis, cum

cum quibus realiter identificatur; ex quo fit, quod per nullam potentiam produci possit, quin simul cum ipso producantur omnia, quæ cum eo realiter identificantur.

86 Hic tamen aduerte, Theologos, qui admittunt in diuinis distinctionem illam virtualem quoad communicari, & non communicari, produci, & non produci, moueri quidem ex veritate illarum propositionum de fide, sed quia nulla aliunde illis ratio suppetit; nos vero virtualem distinctionem non fingimus ad verificanda de eadem indiuisibili entitate illa duo prædicata, cognosci, & non cognosci; vt, ni fallor, obijcit aduersarius; sed illam colligimus, & quidem recte, ex plenitudine perfectionum, per quam vnum quoad prædicata contradictoria intentionalia æquiualet pluribus distinctis; prius igitur est in hac entitate inuenire plenitudinem illam perfectionum, deinde, quod beneficio illius sine absurdo veri-

ficentur de eadem prædicata illa; cognosci, & non cognosci.

87 Aduerte præterea, quod, quando abstrahitur per intellectum principium operationum rationalium à principio operationum animalium, in obiecto huius cognitionis præscindentis, non est principium operationum animalium, non enim cognoscitur tale principium: neque ex hoc sequitur me incidere in sententiam Platonis, & Scotistarum; illi namque docebant principium operationum rationalium distingui à principio operationum animalium antecedenter ad quodcumque opus intellectus; ego vero puto, quod, licet principium operationum rationalium idem realiter sit cum principio operationum animalium, est tamen ab illo distinctum fundamentaliter, & per ordinem ad intellectum; quare in obiecto, antecedenter ad quodlibet opus intellectus non datur aliquid, & aliquid, nisi fundamentaliter tantum; neque ex hoc inferre quis con-

tra me poterit petitionem vllā principij? si enim quæras diuisionem formalem talis obiecti, respōdeo obiectū habere formaliter, vt diuidatur, ab intellectu, aliquid in illo cognoscente, alio non cognito: forma enim diuidens obiectum est cognitio præcisiua: sic paries est formaliter albus, non nisi quia habet albedinem, quæ est forma constitutiua albi. Quod si petas diuisionem fundamentalem eiusdem obiecti, respondeo hanc esse illius perfectionem, quia æquiualet pluribus, & consequenter fundamentum præbet intellectui illud diuidendi pro statu intentionali.

88 Neque videri debet impossibile, quod aliquod indiuisibile, qualis est essentia Petri, v. g. diuidi possit ab intellectu in duos conceptus obiectiuos, non secus ac impossibile censetur communiter, quod idem punctus tangi possit secundum vnam partem, & non secundum aliam; cum id, quod reuera est indiuisibile, non possit ita leui-

ter, ac subtiliter attingi, vt non tangatur secundum totam suã entitatem: quia talis est natura intellectus (vt rectè notat Eminentissimus Cardinalis De-lugo; qui argumentum hoc proponit, vt aduersariorum Achillem, quodque solum ille putat vim aliquam habere contra precisiones obiectiuas.) talis inquam est natura nostri intellectus, vt possit attingere per cognitionem aliquod obiectum, & non attingere totum illud, cum quo à parte rei identificatur: neque ex hoc alia diuisibilitas colligitur in obiecto, præter diuisibilitatem rationis: non enim illud, quod cognoscitur distinguitur realiter ab eo, quod non cognoscitur; iam diuisibilitas hæc rationis nullo modo opponitur reali indiuisibilitati, vt patet. Quod si punctus indiuisibilis tangeretur secundum aliquod, & non secundum se totum, iam esset realiter diuisibilis; id enim, à quo tangitur, non habet virtutem præscindendi, & distinguendi ra-

tione, quam habet intellectus.

89 His ita constitutis de varijs distinctionum generibus, puto, naturam ab ecceitate, & gradus metaphysicos inter se distingui solum ratione ratiocinata, loquor autem de natura, ecceitate, & gradibus metaphysicis, quæ in vero indiuiduo reperiuntur; iam vero fundamentum huius distinctionis est, vel distinctio virtualis supra explicata, vel comparatio ad diuersos terminos. Neque vrget necessitas admittendi inter ista realem distinctionem. Quod si de natura Cæsaris v. g. dicitur quod sit similis naturæ Alexandri, quod dici non potest de eius singularitate; potest id optime saluari per solam distinctionem virtualem: nisi dicas in substantia rationem entis distingui à ratione talis entis, cum in ratione entis similis sit accidenti, sit autem illi dissimilis in ratione talis entis, quod nemo dixit. adde, quod nullum habetur fundamentum realis distinctionis inter naturam, & ecceitatem

Gradus metaphysici inter se, & natura ab ecceitate distinguuntur sola ratione ratiocinata.

 cei-

84 Cognitio igitur præcisiua, seu distinctio ista rationis subiectiuè est in intellectu, terminatiuè verò in obiecto; quod est commune omnibus actibus intellectus, cum de ratione formæ extrinsecæ sit, vt nõ debeat esse in illis, cui tribuit denominationem, sed inhærens in alio intrinsece, tribuit termino extrinseco suam denominationẽ: præterea cognitio hæc non repræsentat duas formalitates, sed solum repræsentat vnam, distinguendo illam ab alia, atque adeo, licet obiectum, vt adæquatè distinguitur à cognitione, non habeat plures formalitates, quæ plures sint antecedenter ad ipsam cognitionem, habet tamen plures formalitates, quæ plures sint per ipsam cognitionem, quæ, dum cognoscit vnã, & non cognoscit alias, constituit plures; neque implicat in statu intentionali constituere diuisum, & plurificatum id, quod in se realiter vnum est, & indiuisibile. Rursus formalitates istæ non sunt plures à parte

rei; realiter enim vnum obiectum habetur indiuisibile; sunt tamen plures in intellectu, non quidem per repræsentationem plurium, sed per distinctionem vnius ab alia; nisi velis per cognitionem præcisiuam cognosci plures formalitates, inchoatiuè tamen, & virtualiter, quatenus potest ad illam sequi iudicium negatiuum, quo quis dicat, animalitas non est rationalitas, in quo casu esse debent in intellectu plures formalitates, & quidem per repræsentationem plurium. Demum ad hoc, vt habeatur præcisio obiectiua inter animal, & rationale, non requiritur, quod animal cognoscatur formaliter, vt aliud à rationali; quia sic cognitio, cum ipsa sit alietas, deberet cognoscere se ipsam, quod implicat; sed satis est, si constituatur ipsũ animal aliud à rationali pro statu intentionali, dum illud repræsentat, nullo modo repræsentato rationali.

85. Quod si potest intellectus in entitate simplici, & realiter

liter

liter indiuisibili, vnum cognoscere sine alio, & hoc beneficio distinctionis virtualis, non ideo poterit beneficio eiusdem distinctionis omnipotentia Dei, q. certe subtilior est, & perfecti. . nostro intellectu, partiri idem ens indiuisibile in plures partes, vnam tantum producendo, & non aliam; disparitas enim desumitur ex ipsa diuersitate statuum; nam per nos id quod est indiuisibile pro statu reali, ponitur diuisibile pro statu obiectiuo, quod non implicat: quod si omnipotentia diuina posset vnam partem entis indiuisibilis producere, alia non producta, idem ens pro eodem statu reali esset indiuisibile, vt supponitur, & non esset indiuisibile, quia posset secundum vnam partem produci, & non secundum aliã; ex eo autem, quod idem ens possit nunc per vnam cognitionem, quæ adæquate illud repræsentat, attingi indiuisibiliter, nunc vero per aliam, inadæquatè, & diuisibiliter, secundũ tantum vnam partem, & non

se-

secundum aliam, non sequitur quod sit diuisibile, & non sit diuisibile pro statu obiectiuo: semper enim, quantum est ex se, censetur diuisibile pro eodem statu obiectiuo, licet nunc attingi possit diuisibiliter, nunc verò indiuisibiliter: sic quantitas palmaris non censetur esse à parte rei diuisibilis, & non diuisibilis, eo quod possit creari per vnam actionem, quæ det illi esse indiuisibiliter, & per aliam, per quam acquirat esse per partes, atquè adeò diuisibiliter: semper enim quantum est de se diuisibilis esset pro statu reali: adde quod etiam si demus, posse idem obiectum dici diuisibile, & non diuisibile respectu diuersarum cognitionum pro eodem statu obiectiuo; adhuc non sequitur, posse idem obiectum esse diuisibile, & non diuisibile pro statu reali, respectu diuersarum actionum; diuisibilitas enim intrinseca, quā habet entitas hominis v. g. pro statu obiectiuo, stat cum extrinseca indiuisibilitate, quam ha-

bet ex eo, quod attingatur per cognitionem, quæ feratur in illam indiuisibiliter: at vero indiuisibilitas intrinseca, quam supponitur habere eadem entitas hominis pro statu reali, non stat cum eiusdem diuisibilitate item intrinseca pro eodem statu, quam vere haberet, si poneretur secundum vnam partē produci, & non secundum aliā; adde quod actio productiua realiter alicuius entis terminatur necessario ad physicam entitatem illius, quæ nullam admittit realem distinctionē inter sua prædicata quidditatiua; at vero cognitio terminatur aliquando ad essentiam metaphysicam, hoc est ad prædicata quidditatiua, quæ, licet inter se realiter sint identificata, sunt tamen virtualiter distincta, beneficio cuius distinctionis virtualis potest sine absurdo aliquid illius entitatis realiter indiuisibilis cognosci, & aliud non cognosci; at pro statu reali, animal in homine habet necessariam connexionē cum omnibus alijs prædicatis,

cum

cum quibus realiter identificatur; ex quo fit, quod per nullam potentiam produci possit, quin simul cum ipso producantur omnia, quæ cum eo realiter identificantur.

86 Hic tamen aduerte, Theologos, qui admittunt in diuinis distinctionem illam virtualem quoad cōmunicari, & non cōmunicari, produci, & non produci, moueri quidem ex veritate illarum propositionum de fide, sed quia nulla aliunde illis ratio suppetit; nos vero virtualem distinctionem non fingimus ad verificanda de eadem indiuisibili entitate illa duo prædicata, cognosci, & non cognosci; vt, ni fallor, obijcit aduersarius; sed illam colligimus, & quidem recte, ex plenitudine perfectionum, per quam vnum quoad prædicata contradictoria intentionalia æquiualet pluribus distinctis; prius igitur est in hac entitate inuenire plenitudinem illam perfectionum, deinde, quod beneficio illius sine absurdo veri-

ficentur de eadem prædicata illa, cognosci, & non cognosci.

87. Aduerte præterea, quod, quando abstrahitur per intellectum principium operationum rationalium à principio operationum animalium, in obiecto huius cognitionis præscindentis, non est principium operationum animalium, non enim cognoscitur tale principium: neque ex hoc sequitur me incidere in sententiam Platonis, & Scotistarum; illi namque docebant principium operationum rationalium distingui à principio operationum animalium antecedenter ad quodcumque opus intellectus; ego vero puto, quod, licet principium operationum rationalium idem realiter sit cum principio operationum animalium, est tamen ab illo distinctum fundamentaliter, & per ordinem ad intellectum; quare in obiecto, antecedenter ad quodlibet opus intellectus non datur aliquid, & aliquid, nisi fundamentaliter tantum; neque ex hoc inferre quis con-

tra me poterit petitionem vllā principij? si enim quæras diuisionem formalem talis obiecti, respōdeo obiectū habere formaliter, vt diuidatur, ab intellectu, aliquid in illo cognoscente, alio non cognito: forma enim diuidens obiectum est cognitio præcisiua: sic paries est formaliter albus, non nisi quia habet albedinem, quæ est forma constitutiua albi. Quod si petas diuisionem fundamentalem eiusdem obiecti; respondeo hanc esse illius perfectionem, quia æquiualet pluribus, & consequenter fundamentum præbet intellectui illud diuidendi pro statu intentionali.

88 Neque videri debet impossibile, quod aliquod indiuisibile, qualis est essentia Petri, v. g. diuidi possit ab intellectu in duos conceptus obiectiuos, non secus ac impossibile censetur communiter, quod idem punctus tangi possit secundum vnam partem, & non secundum aliam; cum id, quod reuera est indiuisibile, non possit ita leui-

ter, ac subtiliter attingi, vt non tangatur secundum totam suā entitatem: quia talis est natura intellectus (vt rectè notat Eminentissimus Cardinalis De-lugo; qui argumentum hoc proponit, vt aduersariorum Achillem, quodque solum ille putat vim aliquam habere contra præcisiones obiectiuas.) talis inquam est natura nostri intellectus, vt possit attingere per cognitionem aliquod obiectum, & non attingere totum illud, cum quo à parte rei identificatur: neque ex hoc alia diuisibilitas colligitur in obiecto, præter diuisibilitatem rationis: non enim illud, quod cognoscitur distinguitur realiter ab eo, quod non cognoscitur; iam diuisibilitas hæc rationis nullo modo opponitur reali indiuisibilitati, vt patet. Quod si punctus indiuisibilis tangeretur secundum aliquod, & non secundum totum, iam esset realiter diuisibilis; id enim, à quo tangitur, non habet virtutem præscindendi, & distinguendi ratio-

tio-

tione, quam habet intellectus.

89 His ita constitutis de varijs distinctionum generibus, puto, naturam ab ecceitate, & gradus metaphysicos inter se distingui solum ratione ratiocinata, loquor autem de natura, ecceitate, & gradibus metaphysicis, quæ in vno indiuiduo reperiuntur; iam vero fundamentum huius distinctionis est, vel distinctio virtualis supra explicata, vel comparatio ad diuersos terminos. Neque vrget necessitas admittendi inter ista realem distinctionem. Quod si de natura Cæsaris v. g. dicitur quod sit similis naturæ Alexandri, quod dici non potest de eius singularitate; potest id optime saluari per solam distinctionem virtualem: nisi dicas in substantia rationem entis distingui à ratione talis entis, cum in ratione entis similis sit accidenti, sit autem illi dissimilis in ratione talis entis, quod nemo dixit. adde, quod nullum habetur fundamentum realis distinctionis inter naturam, & ecceitatem

Gradus metaphysici inter se, & natura ab ecceitate distinguntur sola ratione ratiocinata.

 cei-

ceitatem, quarum neutra potest, neque de potentia Dei absoluta, existere separata ab alia. Prçterea res per illud constituitur in suo esse, per quod primo distinguitur ab omni alio, quod non est ipsum, sed natura humana Petri v. g. distinguitur à natura humana Pauli per singularitatem; in omnibus enim alijs cum illa conuenit; ergo per hanc constituitur in sua entitate, quomodo ergo distingui poterit realiter singularitas à natura? an idem potest distingui realiter à se ipso?

Gradus metaphysici inter se non distingũtur actu ante opus intellectus.

90. Idem sentiendum puto de gradibus metaphysicis inter se, atque adeo inter illos nullã agnosco actualem distinctionem ante opus intellectus, quia, quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem, & inter se: sed gradus metaphysici identificantur realiter cum singularitate; ergo, & inter se, quod vt clarius percipiatis; sciendum est, quod vna, & eadem differentia indiuidualis contrahit vltimam speciem, & omnes superiores gradus; neque

ali-

aliqua vrget necessitas, admittendi plures differentias indiuiduales in vno indiuiduo, cum vna tantum sufficiat ad determinandum in vno singulari totam essentiam, quoad prædicata tum generica, tum specifica; præterquamquod si singuli gradus propriam singularitatem haberent, singuli saltem diuinitus existere possent ab inuicem separati, & sic animal, quod est in Petro existere posset separatum à substantia, vel rationali, quod est in eodem Petro, quod, vt absurdum, ab ipsis met aduersarijs reijcitur; quod si gradus omnes per eamdem differẽtiam indiuidualem contrahuntur, certe non poterunt inter se magis distingui, quam vnusquisque distinguatur à sua differentia indiuiduali; sed iam supra probatum est, quod nullus ex gradibus superioribus distinguitur ex natura rei à sua differentia indiuiduali; ergo neque inter se: Adde quod gradus superiores verè prædicantur in recto de inferioribus, verè enim di-

dicitur. Petrus est substantia, Petrus est corpus: prædicatio autem importat identitatem subiecti cum eo, quod prædicatur in recto, vt habetur ex Diuo Thoma prima parte q. 10. art. 2. ad primum. Neque infertur realis distinctio inter gradus metaphysicos ex diuersis definitionibus, & conceptibus formalibus, quos formamus de illis; potest enim eadem res indiuisibilis à parte rei sortiri diuersas definitiones: sic eadem entitas hominis, si concipiatur vt principium operationum sensitiuarum, definitur, & denominatur animal; si vero consideratur vt principium operationum rationalium, dicitur rationalis; & eadem entitas albedinis considerata vt accidens definitur definitione communi accidentis; concepta vero, vt tale accidens habet diuersam definitionem: cum tamen nemo dixerit in eadem albedine rationem accidentis distingui realiter à ratione talis accidentis; possunt igitur hæc omnia saluari, si cui; etiam;

&

& recta dispositio graduum superiorum in vno indiuiduo, per solam distinctionem rationis.

91 Gradus igitur inferiores, realiter loquendo, & secundum ea, quæ res habent ex se, non sunt extra essentiam superiorum, sicuti neque singularitas est extra essentiam, & naturam: bene tamen, formaliter loquendo, & pro vt substant nostris conceptibus inadæquatis, & præscindentibus, dicuntur gradus inferiores accidere superioribus, & singularitas naturæ: ac proinde esse extra illorum essentiam: ex quo tamen nulla alia distinctio infertur, præter formalem, hoc est, dependentem ab intellectu, concipiéte vnam formalitatem, & non aliam: quando autem dicitur, quod natura secundum se sit singularis, si sensus sit, quod natura sit essentialiter singularis, falsa est propositio, quod si noteтur, naturam secundum suã realitatem, seu quod idem est, realiter esse singularem, verissima erit assertio: sed ex hoc solum

sequitur, realitatem naturæ, & singularitatem esse idem inter se; non autem singularitatem esse de essentia naturæ.

92 Neque diuersæ definitiones, per quas explicantur prædicata realia dictorum graduũ, & ecceitatis, inferunt realem aliquam distinctionem inter illa; quia, cum definitio sit opus intellectus, quæ differunt solum penes definitionem, differunt tantum per intellectum. Præterquamquod; sicuti ex identitate definitionis, malè quis inferret identitatem realem in rebus definitis; cum multa, quæ habent eandem definitionem sint realiter distincta; ita male ex diuersitate definitionum, colligitur distinctio realis in definitis. Ratio autem huius rei est, quia definitio sæpe cadit supra rem inadæquatè acceptam, & solum secundum aliquas perfectiones, non autem secundum omnes, quas à parte rei obiectum includit: sic quando dicitur animalitas in Petro, esse principium sentiendi, nomine animalitatis

venit quidem realitas, quæ est in Petro, non tamen secundum omnes perfectiones, quas à parte rei inuoluit, sed solum secundum perfectionem sentiendi, quæ tunc per intellectum præscinditur à reliquis perfectionibus, quæ in illa realiter includuntur. Atque hinc fit, quod animalitas, & rationalitas in Petro, quamuis habeant diuersas definitiones, realiter tamen idem sunt, neque eorum prædicata sunt realiter diuersa, sed solum virtualiter.

93 Demum ex eo, quod Petrus, & Paulus dicantur esse realiter similes in natura, & dissimiles in singularitate, & homo vt animal dicatur similis equo, & vt rationale illi dissimilis, non inde infertur distinctio ex natura rei inter illa omnia; potest enim idem imperfectè cum alio conuenire, quod non est nisi conuenire in aliquo, & in alio differre. Ratio est, quia denominatio conuenientiæ, seu similitudinis, nil aliud est, quam denominatio essendi instar alterius,

in hoc autem potest haberi magis, & minus, vt consideranti est manifestum: non sic denominatio æqualis, & inæqualis, quæ, cum consistat in indiuisibili: (est enim denominatio essendi tantum, quantum est alterum, nec plus, nec minus.) non potest dici aliquid imperfectè æquale alteri, aut illi partim æquale, & partim inæquale: sicuti dicitur aliquod imperfectè simile alteri, aut illi partim simile, & partim dissimile: ex quo habes, quod quando dicitur: homo vt animal, est similis equo, sensus est, quod homo, & equus habeant aliquam similitudinem, videlicet secundum rationem genericam; quando vero dicitur, quod vt rationalis est illi dissimilis, sensus est, quod habeat cum illo dissimilitudinem in ratione specifica, atque adeo dicitur illi magis dissimilis, quam sit alteri homini, cum quo conuenit non solum secundum rationem genericam, sed etiam secundum rationem specificam.

Traditur definitio vniuersalis.

94 His prænotatis circa singulare, & distinctionem inter

gradus metaphysicos, deuenio ad explicandam naturam vniuersalis: illud autem definitur ex Aristotele 1. periherm. c. 5. quod in pluribus prædicari natum est; & 7. met. tex. 43. dicitur esse id, quod pluribus natura aptum est inesse; ad essentiam igitur vniuersalis requiritur primo, vt illud sit aliquod vnum, quare dicitur: (est id quod.) non (ea, quæ) quod patet etiam ex eodem Philosopho primo poster. tex. 18. vbi ait: [*Oportet aliquod vnum, & idem in pluribus esse non æquiuocè.*] Sic aceruus lapidum, non censetur vniuersale respectu singulorum lapidum, quia scilicet non potest de illis singulis prædicari, hic lapis est aceruus.

95 Requiritur secũdo, vt vnũ hoc sit aptum prædicari de pluribus, defectu cuius conditionis natura Angeli Gabrielis v. g. nõ erit vniuersalis, si ponatur cum Thomistis immultiplicabilis in plures Angelos illi similes. Requiritur tertio, quod ita sit vnum vniuersale, vt diuidatur in multa, & in illis multiplicetur: sic na-

natura diuina, licet sit in tribus personis, quia tamen in illis non multiplicatur; non enim sunt tres naturæ, neque tres Dij; non est vniuersalis.

Quotuplex sit vniuersale. 96 Iam vniuersale aliud cõplexum est, aliud incomplexum; & complexum quidem est quælibet propositio vniuersalis, vt (omnis homo est animal.) vel aliquod principium ex quo plures deduci possunt conclusiones, quale est illud. (Quodlibet est, vel non est.) Incomplexum vero est terminus aliquis simplex: & hoc aliud est in causando, vt Sol, Deus, qui, vnum cum sint, causant plures effectus; aliud in repræsentando, qualis est species apta repræsentare plura obiecta; aliud in significando, hoc est vox vna, quæ plura significet, vt homo, animal; aliud in essendo, quod scilicet est in multis, qualis est natura humana, quæ in singulis indiuiduis hominum reperitur; & de hoc agimus in præsentia. Iam, quia natura humana v.g. ex eo quod sit in pluribus, potest de illis in

recto

recto prædicari, ideo vniuersale in essendo dicitur etiam vniuersale in prædicando, seu logicum, quia videlicet pertinet ad logicũ: sicuti vniuersale in essendo, eo quod propriè ad metaphysicum spectet, dicitur vniuersale metaphysicum. solum hic iuxta nostrum institutum de logico esset quæstio instituenda; quoniam verò logicum fundatur in metaphysico; & sine illo vix potest explicari; ideò pauca de vtroque breuiter perstringemus.

97 Duo, vt patet ex dictis, ad vniuersale in essendo requiruntur, subiectum scilicet, supra quod cadit vniuersalitas, quæ est natura aliqua realis, & vniuersalitas ipsa, seu forma, per quam, obiectum illud fit formaliter vniuersale: hæc autem non est nisi vnitas, & aptitudo ad essendum in multis; & vnitas quidem vniuoca, vt expresse habetur ex Aristotele primo posteriorum loco citato, vbi ait: [*Oportet aliquod vnum, & quidem in pluribus esse non æquiuocè.*] Inter æquiuoca autem comprehen- *Quænam requirantur ad vniuersale.*

dun-

duntur, etiam analoga ex mente Philosophi. Rursus vnitas hæc non est illa, quæ stare non potest cum aptitudine ad essendum in multis; qualis est vnitas numerica ex communi ferè omnium Philosophorum sensu cum Aristotele 6. topicorum c. 3. cum vnitas indiuidualis destruat vnitatem propriam vniuersalis quæ consistit in eo, quod ita res vna sit, vt possit in plura multiplicari. Aptitudo verò ad vniuersale requisita non importat actualem multiplicationem, sed solum aptitudinalem: vnde fit primo, vt ipsa aptitudo ad essendum in multis, non actus correspondens huic aptitudini, sit de essentia vniuersalis; secundo, quod pro eo statu, pro quo natura actu est in multis, non sit vniuersalis; cum pro illo statu non sit vna, sed multiplex. Hæc circa essentiam vniuersalis; circa eius existentiam.

Non datur vniuersale à parte rei extra indiuidua.

98 Quæritur primo; vtrum à parte rei dentur extra singularia naturæ aliquæ existentes, quæ sint vniuersales, quæque communu-

muniter dicuntur Platonis Ideę.
Pro solutione, dico primò, non esse admittendas extra indiuidua naturas aliquas vniuersales, tum quia quidquid est in rerum natura, independenter ab intellectu, singulare est, ac determinatum, cum, nisi sit Deus, habeat esse ab alio, & consequenter productum per aliquam actionem, vel à causa prima, vel etiam à secūda, adiuta tamen à prima; quælibet autem actio versari debet circa rem aliquam determinatā, ac singularem, vt de se patet; tum etiam quia naturæ vniuersales specificæ nil aliud sunt, quā ipsa met essentia suorum inferiorum, & de illis prædicantur in quid essentialiter; verè enim dicitur Plato essentialiter est homo, & Bucefalus essentialiter est equus; ergo naturæ istæ separatæ ab indiuiduis, tamquā omnino fictitiæ, sunt reijciendæ; quid enim magis est intrinsecum rei, quam ipsa met sua essentia. Adde quod Petrus, & Paulus non essent duo homines, sed vnus homo, quia in vtroque es-

set

ſet eadem natura ; quæ omnia ſunt abſurda.

Non datur vniuerſale à parte rei ante indiuidua.

99 Quæritur ſecundo, an admittenda ſit natura vniuerſalis formaliter à parte rei ante indiuidua. P. Fonſeca 5. met. c. 25. quæſt. 3. ſect. 4. tres ſtatus in omni natura aſſignat, primum vocat præciſionis, ſeu indifferentiæ; in quo videlicet natura humana v.g. prius quam exiſtat, eſt poſſibilis: ſecundum appellat contractionis, in quo ſcilicet natura iam facta eſt particularis in ipſis indiuiduis exiſtentibus: tertium quando per intellectum abſtrahit ur natura ab indiuiduis per conceptum vniuerſalem; iam in primo ſtatu, qui realis ponitur, cenſetur in hac ſententia natura à parte rei vniuerſalis, non enim adhuc habet exiſtentiã indiuiduorum, per quę ſit particularis; in tertio vero ſit vniuerſalis per intellectum: contra hanc ſententiam, Dico ſecundo, nõ dari ſtatum illum anteceſſionis, in quo ponitur natura poſſibilis antecedere ſua inferiora à parte rei: ſicuti enim naturæ

exi-

existentes non distinguuntur à parte rei à suis inferioribus existentibus; ita naturæ possibiles non distinguuntur à parte rei à suis inferioribus possibilibus; ergo status ille, in quo ponitur natura possibilis antecedere sua inferiora, est omnino fictitius; nisi dicas ex iis, quæ sunt idem à parte rei, posse vnum esse prius altero, item à parte rei, quod est falsum. Rursus vt bene probat Hurtadus disp. 5. met. sect. 6. §. 56. quidquid conuenit naturæ in esse possibili, conuenit illi actualiter quando existit; cum possibilitas dicat ordinem ad existendũ, & quidquid habet homo possibiliter, reducitur in actu per existentiam: ex quo fit, quod, si homo possibiliter est animal rationale, tale etiam sit, cum actu existit: iam si naturæ actualiter existenti, vt ipse met Fonseca fatetur, non conuenit vnitas vniuersalis, quomodo illi conueniet in esse possibili? præterea status iste antecessionis non ponitur prior tempore indiuiduationibus, sed solum natura;

ergo in eodem instanti reali temporis eadem natura à parte rei erit simpl. vna, & multiplex, diuisa, & indiuisa, nam in primo signo, in quo ponitur natura ista in statu antecessionis vniuersalis, poni debet consequenter vna, atque indiuisa, cum diuisio, & multiplicitas destruant rationem vniuersalis; in secundo verò signo, contento tamen in eodem instanti reali temporis, eadem natura est per differentias multiplicata, atque diuisa; quod quam sit absurdū nemo est, qui non videat. Adde quòd cum nihil contrahatur per seipsum; neque ad se ipsum sit indifferens; vbi nulla est distinctio ante omnem operationem intellectus nulla potest esse indifferentia: atqui inter naturam specificam, & singularitates nullam esse talem distinctionem probatum est supra; ergo fictitia est indifferentia illa, ratione cuius ponitur natura à parte rei vniuersalis. Demum, si nullus excogitabilis est status, in quo natura spe-

specifica Petri v. g. fuerit, etiam de potentia Dei absoluta, separabilis à sua differentia indiuiduali, profectò nullus datur status, in quo eadem natura Petri fuerit indifferens ad hoc vt coniungatur cum sua indiuiduatione, vel non; nil enim est indifferens ad id, cum quo ita est identificatum, vt ab illo per nullam potentiam possit separari: quod si auferas à natura indifferentiam, abstulisti iam vniuersalitatem; quæ sine illa consistere nullo modo potest.

100 Rursus etiam si admittamus in aliquo priori indifferentiam in natura ad existendum, & non existendum, non ideo dici debet natura illa indifferens adhoc, vt contr... ur per differentias indiuiduales; quia eamdem indifferentiam, quam haberet natura ad existendum, & non existendum, haberent etiam differentiæ indiuiduales cum illa identificatæ; quare nunquam dici posset natura indifferens ad existendum cum his potius differentijs indiuiduali-

bus,

bus, vel cum illis; quia eo ipso quod hæc natura existeret, quæ nunc dicitur in me contracta; deberet certè existere cum meis differentijs indiuidualibus, atque adeo eamdem possibilitaté, & indifferentiam haberet mea differentia indiuidualis, ac habet mea natura: simili modo, licet Deus ex pluribus naturis, quas potest producere sit indifferens ad producendam potius hanc, quam illam naturam, non est tamen indifferens ad producendam hanc *numero* naturam, sub hac, vel sub illa indiuiduatione; sed eo ipso, quod vult producere Petrum v. g. debet illum producere cum tali natura, quam nullo modo possit coniungere cum alijs differentijs indiuidualibus. ex quo patet, nullam dari naturam ante omnem operationẽ intellectus indifferẽtem ad plura indiuidua, & per consequẽs neque vniuersalem. Adde quod etiam si demus, naturam ante quodlibet opus intellectus indifferentem adhoc vt contraha-

tur

tur per hanc, vel illam differẽtiam indiuidualem, ita vt natura Petri, quæ contracta fuit per Petreitatem, potuerit cõtrahi per Pauleitatem; non, ideo tamen natura sic indifferẽs ad plura indiuidua erit vniuersalis; quia, cum non possit eadem natura simul duo indiuidua realiter distincta constituere, non erit indifferens ad plura indiuidua, quòd requiritur ad rationem vniuersalis, sed solum ad hanc, vel ad illam differentiam indiuidualem sub disiunctione, quod bene notat Ouiedus contro. 3. pun. 2. num. 8. qui subdit, quod data etiam indifferentia naturæ, vt contrahatur per identitatem ad has, vel illas differentias indiuiduales inter se distinctas; non ideo talis natura potens esset contrahi simul per identatem ad differentias inter se distinctas, in quibus multiplicetur; implicat enim quod eadem res contrahatur simul per identitatem ad res oppositas, & in illis fiat realiter multiplex, cum fuerit an-

tea realiter vna simplex entitas: quod si natura hac in tali statu non habet multiplicabilitatem, neque dici poterit vniuersalis, vt patet ex natura diuina, quæ, licet contrahatur ad personalitates distinctas, non est tamen vniuersalis, quia in illis non multiplicatur.

101 Præterea ex eo, quod res aliqua possit simul esse similis, & dissimilis alteri realiter sub diuersa ratione non conuincitur, posse idem à parte rei simul esse vnum, & multiplex sub diuersa eadem ratione, & vnum quidem in statu illo indifferentiæ, in quo ponitur natura prior singularitatibus, multiplex verò quatenus in eodem instanti, sed in posteriori naturæ est coniuncta cum differentijs: non conuincitur inquam; disparitas enim est, quia similitudo, & dissimilitudo comparantur inter se, vt duæ rationes positiuæ, quæ inadæquatè competunt rei, prout hæc diuersimodè concipi potest, & deinde alteri comparari: vnde non

non est mirum, si secundum vnam rationem competat rei esse alteri similem, & secundum aliam esse illi dissimilem: vnitas verò & multitudo se habent vt forma, & eius negatio, quia vnitas essentialiter negat à subiecto multiplicitatem, multitudo verò illud essentialiter multiplicat: vnde nequeunt in eodem subiecto, & pro eodem statu reperiri, etiam si sub alia, atque alia ratione accipiantur: non secus, ac implicat, quod in eodem subiecto simul sit forma, & eius negatio: à totū hoc patet exemplo ligni palmaris, quod, licet possit esse alteri ligno simile, ratione coloris, & eidem dissimile ratione frigoris, vel alterius qualitatis; non potest tamen retenta sua vnitate, diuidi in duos semipalmos.

102 Quæritur tertio, vtrum saltem natura sit vniuersalis à parte rei in ipsis indiuiduis beneficio suæ vnitatis formalis, quam ponit Scotus formaliter distinctam ab vnitate numerica. Dico tertio id esse impossibile,

Non datur à parte rei natura vniuersalis in ipsis indiuiduis.

tum quia distinctio ista formalis, & ex natura rei, quam Scotus tribuit naturæ respectu gradium inferiorum, & indiuiduationis, vel nulla est, vel certè realis est, vtpote independens à quacumque operatione nostri intellectus, quod falsum esse probauimus supra; tum etiam quia, si natura in ipsis indiuiduis esset à parte rei vniuersalis, eadem entitas humanitatis v. g. reperiri deberet in Petro, & in Paulo, quod esse absurdum patet; quia sic eadē entitas animalis reperiretur in homine, & equo; non minus enim vniuersalis est natura humana respectu Petri, & Pauli, quam natura animalis respectu hominis, & equi. Rursus eadē entitas substantiæ, & intellectus reperiretur in homine, & in Deo, & consequenter à parte rei eadem entitas intellectus afficeretur simul singularitate creata, & increata; ex quo rectè quis inferre posset dari in Deo conceptum aliquem à parte rei, qui non sit Deus à parte

rei,

rei, substantia enim hominis, quæ per te reperiretur in Deo, non est Deus: dicere autem, quod substantia illa per diuinā singularitatem contrahatur ad Deum non satisfacit; sic enim Deus constitueretur à parte rei per singularitatem diuinam, tāquam per rationem formalem, sicuti homo constituitur per animam; vnde sicuti materia prima non est homo, licet per animam determinetur ad hominem, ita dici posset, quod, licet totum compositum sit Deus, tamen ratio illa substantiæ non sit Deus, quod est absurdum.

103. Quoniam verò aduersarij maximam vim faciunt in vnitate formali naturæ, quam nemo iurè videtur posse negare, ideo circa illam aduertendum primo, vnitatem dicere in recto ipsum ens, & in obliquo negationem diuisionis, in plura videlicet, quorum quodlibet sit totum ipsum diuisum. ita Aristotiles 5. meta. tex. 11. [*Vniuersaliter autem quæcumque non habent diuisionem, qua-*

tenus non habent, eatenus vnũ dicuntur: vt puta, si prout homo non habet diuisionem, vnus est homo, quod si prout animal, vnum est animal, quod si prout magnitudo, vna est magnitudo.¶ Ex quibus infertur, tot gradus vnitatis in qualibet re assignari posse, quot in illa gradus entis reperiuntur, cum vnitas sit passio entis: iam, quia in Petro v. g. sunt aliqui gradus entis, qui dicuntur essentiales, seu formales, vt gradus substantiæ, corporis, viuentis, &c. alius materialis, seu numericus, quale est ipsum esse indiuiduum, & singulare Petri proueniens ab ecceitate: vnitas, quæ consequitur ad gradus formales, dicitur vnitas formalis, numerica verò, quæ consequitur ad gradum numericum; datur igitur in Petro vnitas formalis substantiæ, corporis, viuentis, animalis, hominis; & præterea vnitas numerica, seu indiuidualis. Aduertendum secundo, munus vnitatis formalis substantiæ v.g. (idem intellige

de:

de reliquis vnitatibus formalibus) esse reddere substantiam indiuisibilem in plura dissimilia in ratione substantiæ, vnitatis verò numericæ reddere totum ipsum Petrum v. g. indiuisibilem in plura simpliciter; quare magis perfecta in ratione vnitatis est vnitas numerica, quam formalis: sic Petrus, vt talis homo est, quia habet vnitatem numericam, non potest à parte rei diuidi in plura, tum similia, tum dissimilia: quod si ab illo auferas per intellectum indiuiduationem, & consequenter vnitatem numericam, quæ ab illa oritur, remanet quidem homo, non autem talis homo; atque adeo, licet diuidi non possit in plura dissimilia in ratione hominis, poterit tamen diuidi in plura similia in eadem ratione hominis; vnde gradus ille hominis dici potest de singulis hominibus. Aduertendum tertio, vnitates hasce formales graduũ esse reales, & realiter in singularibus inueniri, cum & ipsi gradus in illis reperiantur; quin

ita proprias esse dictorum graduum, vt siue realiter, siue in intellectu illi sint, semper eos comitentur prædictæ vnitates: non tamen distingui realiter inter se, neque ab vnitate numerica; cum & ipsi gradus neque inter se, neque ab indiuiduatione realiter distinguantur. Aduertendum quarto, vnitatem formalem hominis, quæ est in Petro v. g. distingui realiter ab vnitate formali hominis, quæ est in Paulo (idem dic de cæteris omnibus vnitatibus formalibus, quæ sunt in diuersis indiuiduis); Ratio est, quia gradus hominis, qui est in Petro distinguitur realiter à gradu hominis, qui est in Paulo: ergo & ipsæ vnitates formales, quę propriæ sunt illorum graduum, realiter inter se distinguuntur, & multiplicantur pro multiplicatione indiuiduorum.

104 Rursus naturæ humanæ secundum se sumptæ, hoc est secundum sua prædicata essentialia, quomodo solũ habetur beneficio intellectus separantis

rantis

rantis illam à singularitatibus, cum quibus est realiter identificata; neque competit esse singularem, neque vniuersalem: singularitatem enim habet beneficio status realis; vniuersalitatem autem ex vi intellectus præscindentis illam à differentijs indiuidualibus modo infra explicando. Ex quo patet naturam pro statu reali, & in ipsis indiuiduis nunquam separatam esse à singularitatibus, quæ tamen illi competunt solum ratione status, atque adeo neque vniuersalem. Singulare autem, & vniuersale censent ut solum relatiua pro statu obiectiuo, & non pro statu reali; vnde non infertur, quod debeant esse simul pro eodem statu. Quod si Petrus dicitur habere eamdem naturam à parte rei cum Paulo, intelligendum est, de identitate impropria, & similitudinis, non autem de propria; quomodo explicandus est Aristoteles 7. meta. tex. 51. vbi ait eamdem esse rationem animalis in omnibus speciebus; & sæpe ali-

bi: vnitatem autem similitudinis non esse sufficientem ad vniuersale, patet ex eo, quia similitudo importat formalissime pluralitatem obiectorum similium, quam excludit ratio vniuersalis. Praeterea Petrus, & Paulus, sicuti & omnes homines dicuntur esse idē specie fundamentaliter, identitate videlicet similitudinis in eadem natura specifica: genus enim, species, & similes voces, quæ significant aliquod vniuersale, sunt termini secundæ intentionis, & supponunt operationem intellectus; quare, si applicentur rebus pro statu reali, sumi debent fundamentaliter, & non formaliter; quatenus videlicet à parte rei habent naturę talem conuenientiam, quæ possit esse fundamētum intellectui, adhoc vt ab illo abstrahantur, & constituantur formaliter genus, species, &c.

105. Neque Petrus plus distinguitur ab equo, quam à Paulo, sumpta distinctione in rigoroso sensu; tam enim Petrus

non est equus, quam non est Paulus, quod solum importat vox illa distinguitur in propria significatione, licet, quia Petrus est omnino similis Paulo in omnibus gradibus vniuocis, quam similitudinem non habet cum equo, possit rectè dici, quod plus differat ab equo, quã à Paulo, sed ex hoc sola identitas similitudinis infertur, quæ nil fauet aduersarijs. Quod si quæras, quæ differentia intercedat inter Petrum, & Paulum, dicam equidem esse solum illam, quæ opponitur vnitati propriæ identitatis, quia non sunt vnũ, & idem propriè. Simili modo, quia à parte rei in Petro natura, & ecceitas sunt vna formalitas indiuisibilis, & solum distinguuntur fundamentaliter, quando dicuntur conuenire in natura, & differre in ecceitate, intelligi debet fundamentaliter, non autem formaliter. Neque dicas, cum à parte rei nulla alia detur vnitas, præter formalem, & numericam, formalem esse propriè vnitatem vniuersalem,

 quia,

quia, licet verum sit, quod vnitates reales, vel formales sunt, vel numericæ; datur tamen, præter illas, alia vnitas rationis, cuiusmodi est vniuersalis; & licet vnitas formalis, si separata esset à singularitatibus, sufficeret ad reddendam naturam formaliter vniuersalē, id tamē præstare nō pōt pro statu reali; pro quo sēper est coniuncta cū ecceitatibus. Neque natura dicitur esse vna in multis independenter ab intellectu, sed vna in vno, & alia in alio; quare independenter ab intellectu non habet aptitudinem ad essendum vna in multis, sed ad essendū in multis ita, vt vna sit in vno, & alia in alio; quod non sufficit ad rationem vniuersalis. Ex eo autem quod natura humana non sit sicuti natura angelica Michaelis, quæ iuxta sententiam Thomistarum implicat, quod sit in pluribus, non sequitur, quod à parte rei habeat aptitudinem ad essendum in pluribus: disparitas enim inter istas duas naturas est, quia natura huma-

na

na potest habere aliam sibi similem, non autem natura angelica Michaelis in sententia Thomistarum. Quod si à parte rei natura non habet repugnantiam essentialem ad essendum in multis, non enim repugnat illi esse in multis ex vi suorum prædicatorum essentialium, quia tamen habet repugnantiam accidentalem, quæ scilicet illi accidit ex coniunctione, quam habet cum differentijs indiuidualibus; dici non potest à parte rei habere aptitudinem requisitam ad vniuersale; quam tamen habere potest ex vi intellectus concipientis illam, nullo modo conceptis singularitatibus, vt ex dicendis clarius constabit.

106 Probauimus hactenus non dari à parte rei naturã, quę sit formaliter vniuersalis, dicendum tamen est illam talem esse beneficio intellectus, secus destrueretur forma syllogistica, in hoc enim syllogismo (ideo Cęsar est risibilis, quia est homo; sed etiam Plato est homo, ergo

etiam Plato est risibilis:) nisi vox illa, homo, significaret rationem aliquam communem, tum Cæsari, tum Platoni, atque adeo vniuersalem, aliud significaret in maiori propositione, & aliud in minori, & cōsequenter, cum medius terminus non sumatur eodem modo in vtraque propositione, nihil concluderet argumentum, tum quia, cum natura humana virtualiter distinguatur ab ecceitatibus, poterit certe concipi sine illis; sed sic concepta est vniuersalis, vt infra ostendetur, ergo, &c. tum demum quia nisi daretur vniuersale formaliter per intellectum, quælibet prædicatio esset identica, semper.n.prædicaretur idem de eodem, eodem modo sumptum, & nulla daretur prædicatio scientifica, quæ videlicet faceret nos venire in cognitionem alicuius nobis antea ignoti; nisi enim prædicatum esset aliquod vniuersale, semper æquè late pateret, ac subiectum.

Vniuersale for- 107 Circa operationem, per

per quam constituitur natura formaliter vniuersalis, dico illam non esse operationem, quã vocant intellectus agentis, quæ videlicet producat speciem impressam repræsentatiuam naturæ sine ecceitatibus; quia natura hæc non continetur formaliter in specie ista impressa, sed solum virtualiter, & per consequens erit natura in illa sine ecceitatibus, & vniuersalis, non formaliter, sed solum virtualiter; quando autem dicitur, quod intellectus agẽs abstrahit naturam à phantasmatibus, sensus est, quod elicit speciem spiritualem, & non materialem, sicut est phantasma, quæ tamẽ erit vniuersalis in repræsentando virtualiter solum, non autẽ formaliter.

maliter sumptũ nõ fit per operationem intellectus agentis

108. Neque redditur natura primò, & formaliter vniuersalis per operationem intellectus, quam dicunt comparatiuã; hæc enim vel ita appellatur, quia per illam intellectus, reflectendo se supra priorem cognitionem præcisiuam, cognoscit:

Neque fit primò natura vniuersalis per operationem intellectus comparatiuã.

ſcit illam, & eius obiectum ſecundum ea, quæ illi conueniũt ex vi dictæ cognitionis præciſiuæ, vnde videtur comparare obiectum illud ad cognitionẽ; vel illa, qua cognoſcuntur in natura negationes differentiarum; vel qua indicatur ſaltem pro ſtatu obiectiuo dicta negatio competere naturæ; vel qua natura cognita cum negatione omnium indiuiduationum refertur ad inferiora tanquam ſuperius ad inferius: ſiue id habeatur per ſimplicem apprehenſionem, ſiue per iudicium, quo iudicetur ipſa natura eſſe, aut ſaltem eſſe poſſe in ſuis inferioribus, vel demum illa, qua cognoſcitur ab intellectu ſimilitudo, quam habent inter ſe indiuidua: nulla autem ex his cognitionibus cõparatiuis apta eſt reddere naturam formaliter vniuerſalem, non prima, quia hæc, cum conſideret obiectum ſecundum ea ſolum, quæ habuit à cognitione præciſiua, merè ſpeculatiuè ſe habet circa illud; ex quo fit, quod ſi natu-

tu-

tura ex vi cognitionis præcisiuæ non erat vniuersalis, neque talis redderetur ex vi talis cognitionis reflexæ. Non secunda, ad hoc enim vt natura fiat formaliter vniuersalis, non est necesse, vt cognoscantur negationes differentiarum, vt inferius dicemus; Non tertia propter eamdem rationem; si enim ad formandum uniuersale non requiritur, quod cognoscantur negationes differentiarum, multo minus requiri debet iudiciū, quo iudicentur dictæ negationes conuenire naturæ pro statu obiectiuo. Adde, quod intellectus, iudicans naturam illam habere negationes differentiarum, non faceret illam primo formaliter vniuersalem, sed potius illam talem esse declararet, sicuti iudex, qui iudicat iustè Petrum esse furem, non dicitur facere illum primo furem, sed solum eius furtum declarare. Non quarta, quia cum ad rationem vniuersalis sufficiat comparabilitas, quæ sufficienter habetur per cognitionem præci-

si-

finam; actualis comparatio ad inferiora non erit de ratione vniuersalis. rursus cum hæc cõparatio, neque tollat à natura diuisionem, neque mutet extrema, quæ comparantur, sed solum illa denominet comparata; si natura ante comparationem hanc: neque erat vna, neque apta ad essendum in pluribus, neque talis fiet per ipsam comparationem. De cognitione comparatiua quinto modo sumpta nulla potest esse controuersia, præcedit enim quatuor assignatas, quin & ipsam operationem abstractiuam. Non negauerim tamen, per cognitionem comparatiuam cognosci naturam, vt vniuersalem, sed ex hoc nil contra me, hic enim solum quæritur per quam intellectus operationem constituatur primo natura formaliter vniuersalis.

Vniuersale formaliter fit primò per operationem

109. Fit igitur natura primò formaliter, & perfectè vniuersalis per solam operationẽ intellectus perfectè præcisiuam; dixi formaliter, & perfectè; pu-

to enim optime dici posse, per cognitionem imperfecte praecisiuam, seu ex parte actus, fieri imperfectum vniuersale; patet assertio, quia per solam praecisionem perfectam natura redditur vna, & apta ad essendum in pluribus, cum per illam tollantur omnino differentiae indiuiduales, quae à parte rei diuidunt naturam, & illam reddunt pluribus incommunicabilem; Audi Suarium disp. 6. meth. sect. 6. n. 9. [*Vniuersale priori modo conceptum fit per directam operationem intellectus, quae praecisè, & abstractè concipit naturā communem absque differentijs contrahentibus*] adde quod si dari debet vniuersale per intellectū, neque haberi potest per aliā operationem, vt supra probatum est, fieri certe debet per operationem perfectè praecisiuam. Quod vlterius cōfirmo ex Dionysio Carthusiano, qui in elucidatione Sancti Dionysij de diuinis nominibus cap. 5. art. 40. ait. [*Potest namque natura secundum se purè, & nudè*

intellect° perfectè praecisiuā.

con-

considerari, & quantum ad ea, quæ sunt de ratione ipsius, quod negare, vel magna cœcitatis est, vel contentiosæ peruersitatis esse censetur. Iam natura sic purè, & nudè considerata beneficio cognitionis perfectè præcisiuæ non est nisi vniuersalis.

110 Neque ex hoc sequitur naturam à parte rei esse formaliter vniuersalem, quia cùm non includat ratione sui ecceitates videtur ab illis præscindere à parte rei, nō inquam hoc sequitur ad faciēdum enim vniuersale requiritur præcisio adæquata, quæ tunc habetur pro statu intentionali, quando natura, non solum de suo conceptu, seu ratione sui, non dicit differentias, sed etiam est illis spoliata, quod non assequitur pro statu reali. Neque vnitas formalis naturæ quomodocumque sumpta est vnitas vniuersalis, sed vt præcisa à singularitatibus, quod non habetur à parte rei, sed beneficio intellectus. Rursus ad hoc vt natura sit obiectiuè vna non est ne-

esse, vt illi appingatur aliqua vnitas physica, quæ certe repugnaret cum diuisione in plura à parte rei, sed satis est, vt ait S. Thomas si intentionaliter amoueantur, seu non repræsententur differentiæ, quibus ita sublatis remanet natura obiectiuè vna; Quod igitur ab intellectu perfectè præscindente cognoscitur, est natura quæ à parte rei multiplex est in inferioribus; atque adeo vnum specie in intellectu existit in pluribus indiuiduis à parte rei multiplicatum per diuersas differentias numericas. Demum natura quæ à parte rei est diuisa in plura indiuidua, & vna solum fundamentaliter beneficio similitudinis, in qua plura illa conueniunt; acquirit beneficio intellectus perfectè præscindentis formaliter vnitatem pro statu intentionali; videlicet

Atque hinc fit, quod, meo iudicio, errent, qui putant perfectum vniuersale haberi posse per operationem imperfectè præcisiuam, seu ex parte

Vniuersale formaliter non fit per operationẽ intellectꝰ im

quia, licet verum sit, quod vnitates reales, vel formales sunt, vel numericæ; datur tamen, præter illas, alia vnitas rationis, cuiusmodi est vniuersalis; & licet vnitas formalis, si separata esset à singularitatibus, sufficeret ad reddendam naturam formaliter vniuersalẽ, id tamẽ præstare nõ põt pro statu reali; pro quo sẽper est coniuncta cũ ecceitatibus. Neque natura dicitur esse vna in multis independenter ab intellectu, sed vna in vno, & alia in alio; quare independenter ab intellectu non habet aptitudinem ad essendum vna in multis, sed ad essendũ in multis ita, vt vna sit in vno, & alia in alio, quod non sufficit ad rationem vniuersalis. Ex eo autem quod natura humana non sit sicuti natura angelica Michaelis, quæ iuxta sententiam Thomistarum implicat, quod sit in pluribus, non sequitur quod à parte rei habeat aptitudinem ad essendum in pluribus; disparitas enim inter istas duas naturas est, quia natura huma-

na potest habere aliam sibi similem, non autem natura angelica Michaelis in sententia Thomistarum. Quod si à parte rei natura non habet repugnantiam essentialem ad essendum in multis, non enim repugnat illi esse in multis ex vi suorum prædicatorum essentialium, quia tamen habet repugnantiam accidentalem, quæ scilicet illi accidit ex coniunctione, quam habet cum differentijs indiuidualibus; dici non potest à parte rei habere aptitudinem requisitam ad vniuersale; quam tamen habere potest ex vi intellectus concipientis illam, nullo modo conceptis singularitatibus, vt ex dicendis clarius constabit.

106 Probauimus hactenus non dari à parte rei naturã, quæ sit formaliter vniuersalis, dicendum tamen est illam talem esse beneficio intellectus, secus destrueretur forma syllogistica, in hoc enim syllogismo (ideo Cesar est risibilis, quia est homo; sed etiam Plato est homo, ergo

etiam

etiam Plato est risibilis.) nisi vox illa, homo, significaret rationem aliquam communem, tum Cæsari, tum Platoni, atque adeo vniuersalem, aliud significaret in maiori propositione, & aliud in minori, & cõsequenter; cum medius terminus non sumatur eodem modo in vtraque propositione, nihil concluderet argumentum, tum quia, cum natura humana virtualiter distinguatur ab ecceitatibus, poterit certe concipi sine illis; sed sic concepta est vniuersalis, vt infra ostendetur, ergo, &c. tum demum quia nisi daretur vniuersale formaliter per intellectum, qualibet prædicatio esset identica; semper n. prædicaretur idem de eodem, eodem modo sumptum, & nulla daretur prædicatio scientifica, quæ videlicet faceret nos venire in cognitionem alicuius nobis antea ignoti; nisi enim prædicatum esset aliquod vniuersale, semper æque late pateret, ac subiectum.

Vniuersale for- 107. Circa operationem, per-

per quam constituitur natura formaliter vniuersalis, dico illam non esse operationem, quã vocant intellectus agentis, quæ videlicet producat speciem impressam repræsentatiuam naturæ sine ecceitatibus, quia natura hæc non continetur formaliter in specie ista impressa, sed solum virtualiter, & per consequens erit natura in illa sine ecceitatibus, & vniuersalis, non formaliter, sed solum virtualiter; quando autem dicitur, quod intellectus agẽs abstrahit naturam à phantasmatibus, sensus est, quod elicit speciem spiritualem, & non materialem, sicut est phantasma, quæ tamẽ erit vniuersalis in repræsentando virtualiter solum, non autẽ formaliter.

maliter sumptũ nõ fit per operationem intellectus agentis

108. Neque redditur natura primò, & formaliter vniuersalis per operationem intellectus, quam dicunt comparatiuã; hæc enim vel ita appellatur, quia per illam intellectus, reflectendo se supra priorem cognitionem præcisiuam, cognoscit:

Neque fit primò natura vniuersalis per operationem intellectus comparatiuã.

scit illam; & eius obiectum secundum ea, quæ illi conueniũt ex vi dictæ cognitionis præcisiuæ, vnde videtur comparare obiectum illud ad cognitionẽ; vel illa, qua cognoscuntur in natura negationes differentiarum; vel qua indicatur saltem pro statu obiectiuo dicta negatio competere naturæ; vel qua natura cognita cum negatione omnium indiuiduationum refertur ad inferiora tanquam superius ad inferius: siue id habeatur per simplicem apprehensionem, siue per iudicium, quo iudicetur ipsa natura esse, aut saltem esse posse in suis inferioribus, vel demum illa, qua cognoscitur ab intellectu similitudo, quam habent inter se indiuidua: nulla autem ex his cognitionibus cõparatiuis apta est reddere naturam formaliter vniuersalem, non prima, quia hæc; cum consideret obiectum secundum ea solum, quæ habuit à cognitionẽ præcisiua, merè speculatiuè se habet circa illud; ex quo fit, quod si natu-

tu-

tura ex vi cognitionis præcisiuæ non erat vniuersalis, neque talis redderetur ex vi talis cognitionis reflexæ. Non secunda, ad hoc enim vt natura fiat formaliter vniuersalis, non est necessè, vt cognoscantur negationes differentiarum, vt inferius dicemus; Non tertia propter eamdem rationem; si enim ad formandum uniuersale non requiritur, quod cognoscantur negationes differentiarum, multo minus requiri debet iudiciū, quo iudicentur dictæ negationes conuenire naturæ pro statu obiectiuo. Adde, quod intellectus, iudicans naturam illam habere negationes differentiarum, non faceret illam primo formaliter vniuersalem, sed potius illam talem esse declararet, sicuti iudex, qui iudicat iustè Petrum esse furem, non dicitur facere illum primo furem, sed solum eius furtum declarare. Non quarta, quia cum ad rationem vniuersalis sufficiat comparabilitas, quæ sufficienter habetur per cognitionem præcisi-

siuam; actualis comparatio ad inferiora non erit de ratione vniuersalis. rursus cum hæc cõparatio, neque tollat à natura diuisionem, neque mutet extrema, quæ comparantur; sed solum illa denominet comparata; si natura ante comparationem hanc: neque erat vna, neque apta ad essendum in pluribus, neque talis fiet per ipsam comparationem. De cognitione comparatiua quinto modo sumpta nulla potest esse controuersia, præcedit enim quatuor assignatas, quin & ipsam operationem abstractiuam. Non negauerim tamen, per cognitionem comparatiuam cognosci naturam, vt vniuersalem, sed ex hoc nil contra me, hic enim solum quæritur per quam intellectus operationem constituatur primò natura formaliter vniuersalis.

Vniuersale formaliter fit primò per operationem

109 Fit igitur natura primò formaliter, & perfectè vniuersalis per solam operationẽ intellectus perfectè præcisiuam; dixi formaliter, & perfectè; pu-

to enim optime dici posse, per cognitionem imperfecte præcisiuam, seu ex parte actus, fieri imperfectum vniuersale; patet assertio, quia per solam præcisionem perfectam natura redditur vna, & apta ad essendum in pluribus, cum per illam tollantur omnino differentiæ indiuiduales, quæ à parte rei diuidunt naturam, & illam reddunt pluribus incommunicabilem; Audi Suarium disp. 6. meth. sect. 6. n. 9. [*Vniuersale priori modo conceptum fit per directam operationem intellectus, quæ præcisè, & abstractè concipit naturã communem absque differentijs contrahentibus*] adde quod si dari debet vniuersale per intellectũ, neque haberi potest per aliã operationem, vt supra probatum est, fieri certe debet per operationem perfectè præcisiuam. Quod vlterius cõfirmo ex Dionysio Carthusiano, qui in elucidatione Sancti Dionysij de diuinis nominibus cap. 5. art. 40. ait. [*Potest namque natura secundum se purè, & nudè* *intellect⁹ perfectè præcisiuã.*

con-

considerari, & quantum ad ea, quæ sunt de ratione ipsius, quod negare, vel magnæ cæcitatis est, vel contentiosæ peruersitatis esse censetur. Iam natura sic purè, & nudè considerata beneficio cognitionis perfectè præcisiuæ non est nisi vniuersalis.

110 Neque ex hoc sequitur naturam à parte rei esse formaliter vniuersalem, quia cùm non includat ratione sui ecceitates videtur ab illis præscindere à parte rei, nõ inquam hoc sequitur ad faciẽdum enim vniuersale requiritur præcisio adæquata, quæ tunc habetur pro statu intentionali, quando natura, non solum de suo conceptu, seu ratione sui, non dicit differentias, sed etiam est illis spoliata, quod non assequitur pro statu reali. Neque vnitas formalis naturæ quomodocumque sumpta est vnitas vniuersalis; sed vt præcisa à singularitatibus, quod non habetur à parte rei, sed beneficio intellectus. Rursus ad hoc vt natura sit obiectiuè vna non est ne-

esse, vt illi appingatur aliqua vnitas physica, quæ certe repugnaret cum diuisione in plura à parte rei, sed satis est, vt ait S. Thomas si intentionaliter amoueantur, seu non repræsententur differentiæ, quibus ita sublatis remanet natura obiectiuè vna; Quod igitur ab intellectu perfectè præscindente cognoscitur, est natura quæ à parte rei multiplex est in inferioribus; atque adeo vnum in specie in intellectu existit in pluribus indiuiduis à parte rei multiplicatum per diuersas differentias numericas. Denique natura quæ à parte rei est diuisa in plura indiuidua, & vna solum fundamentaliter beneficio similitudinis, in qua plura illa conueniunt; acquirit beneficio intellectus perfectè præscindentis formaliter vnitatem pro statu intentionali.

Atque hinc fit, quod, meo iudicio, errent, qui putant perfectum vniuersale haberi posse per operationem imperfectè præcisiuam, seu ex parte

Vniuersale formaliter non fit per operationē intellecti⁹ im

perfectæ te actus. cum enim per hanc *præcisiuã*. attingantur aliquo modo differentiæ indiuiduales, non potest illius beneficio haberi vnitas requisita ad vniuersale perfectum. Neque plura indiuidua naturæ humanæ, licet confusè cognita, dici possunt vna natura pro statu obiectiuo; ex eo enim quod attingantur confusè non tollitur quin verè attingatur eorum pluralitas: iam si natura à parte rei est multiplex, in intellectu neque vna est intrinsecè, vt patet, neque vna extrinsecè, quia repræsentatur eius pluralitas, quomodo erit vna, & consequenter vniuersalis? Quod si dicas plura hæc attingi, sed vt vnum; quid hoc aliud est, quam attingere eorum vnitatem? At hæc, neq; est intrinseca naturæ, neque extrinseca à cognitione, quatenus videlicet ipsa cognitio est vnitas naturæ, secus hæc attingeret se ipsam, ergo nulla est, quomodo igitur attinguntur plura vt vnum? Adde quod vniuersale, quod fieret per præci-

cisionem imperfectam non esset prædicabile de pluribus prædicabilitate propria vniuersalis; hæc enim est, vt eadem omnino natura possit prędicari de multis; iam omnia animalia ita confusè cognita non possunt ita prędicari de quolibet indiuiduo, vt illud idē, quod prædicatur de Petro, prædicari possit de Bucephalo; hoc enim vel fieri deberet ita, vt totum illud, quod concipitur per illum actum copulatiuum prædicetur de quolibet indiuiduo, vel ita vt de Petro prædicetur animal Petri; & de Bucephalo animal Bucephali; atqui non potest dici primum, quia cum per illum actum confusè concipiantur omnia, vel saltem plura animalia, deberent omnia, vel saltem plura animalia prædicari de Petro v.g. quod esse absurdum patet ex eo quia sic prædicatio falsa esset, Petrus enim non est omnia, vel plura animalia, neque potest dici secundum quod scilicet in Petro prædicetur animal Petri, & de bucephalo a-

nimal Bucephali, quia sic, non omne id, quod concipitur adæquatè secundum omnes sui partes esset prædicabile, sed solū inadæquatè, idest secundum vnam partem, quam includit: quod si dicatur, iam non prædicatur de Petro, illud idem, quod prędicatur de Bucephalo, atque adeo non est prædicatio propria vniuersalis.

Forma cōstitutiua vniuersalis non est relatio aliqua rationis.

112 Forma constitutiua vniuersalis non est relatio aliqua rationis resultans in natura ex cognitione perfectè præcisiua; implicat enim haberi talem relationem in natura sine actu, quo cognoscatur, tum natura, tum singularia, quæ sunt illius extrema; iam per cognitionem perfectè præcisiuam cognoscitur quidem natura, non autem singularia, ergo per hanc cognitionem nulla resultat in natura relatio rationis, atq; adeo non potest per illam formaliter constitui vniuersale.

Neq; est negatio aliqua singularita-

113 Neq; forma cōstitutiua vniuersalis est negatio aliqua singularitatum, quæ videlicet resul-

resultet in natura, ex eo quod ipsa cognoscatur non cognitis singularitatibus: talis enim negatio, neque realis est, & in obiecto, vt conceditur; neque obiectiuè, & in intellectu, cū non cognoscatur (neque exercite) vix enim explicari commodè potest, quid sit hoc cognosci exercite; ad rem nostrā. Adde quod, si resultare deberet talis negatio, eo quod non cognoscantur differentiæ illi oppositæ, quæ realiter identificantur in homine cum eius natura, deberet quoque resultare negatio talis negationis; cum neq; hæc cognoscatur (nisi velis cognitionem præcisiuam esse falsam contra axioma communiter à Philosophis receptum. [*Præscindentium nō est mendaciū.)*] atque adeo in eadē natura haberentur differentiæ, & earum negatio. Rursus si vera esset hæc doctrina, quoties cognoscerem in Deo misericordiam, nihil cogitando de eius iustitia, Deus statim fieret non iustus. Demum etiam si dentur in na-

Nū resultās in natura eo quod hæc cognoscatur sine differētijs.

tura huiusmodi negationes, siue per hanc cognitionem præcisiuam (quod tamen falsum omnino existimo, cum ipsius proprium sit cognoscere naturam secundum sua prædicata quidditatiua, & nihil aliud,) siue per aliam cognitionem cōparatiuam impertinens id est ad constituendam naturam formaliter vniuersalem; sufficienter enim hæc intelligitur in esse vniuersalis formaliter constituta per actum, quo præcisiuè spolietur differentijs indiuidualibus, neque vnitas vniuersalis physica esse debet, sed satis est, si sit logica, & intentionalis (cum vniuersale non sit nisi in intellectu) cuiusmodi est vnitas, quæ habetur ab actu perfectè præscindente.

Forma cō stitutiua vniuersalis est ipsamet cognitio præcisiua extrinsecè denominans

114 Forma igitur constitutiua naturæ in esse formaliter vniuersalis est ipsa cognitio præcisiua, quæ dum cognoscit naturam, nullo modo cognitis eius differētijs indiuidualibus, reddit illam vnam, & aptam ad essendum in pluribus: per illud

illud enim fit natura formaliter vniuersalis, per quod formaliter constituitur præcisa, seu quod idem est, spoliata singularitatibus, quæ illam diuisam atque multiplicem reddebant; ipsa met igitur cognitio præcisiua, quatenus non cognoscit differentias, quæ sunt diuisio naturæ, dicitur unitas, quatenus easdem non cognoscit, quæ sũt ineptitudo naturæ ad essendum in multis, dicitur aptitudo, & per consequens ipsa cognitio præcisiua est vniuersalitas; atque hinc fit, quod in nostra sententia dicatur fieri vniuersale per denominationem extrinsecam; non quia ipsum vniuersale sit denominatio extrinseca; sed quia constituitur formaliter per hoc, quod denominatio extrinseca, idest cognitio pręcisiua terminetur tali modo ad naturam, illam scilicet cognoscendo, nullo modo cognitis eius differentijs indiuidualibus. Non negauerim tamen vniuersalitatem hanc esse intrinsecam ipsi vniuersali, si hoc redupli-

naturam vnam, & aptam ad essendum in pluribus.

catiuè ſumatur, prout ſcilicet importat concretum ex natura, & vniuerſalitate.

115 Neque ad hoc vt habeatur perfectum vniuerſale requiritur, vt natura ſit præciſa intrinſecè, hoc eſt per formam intrinſecam auferentem differentias, licet poſſit optimè dici præſcindi intrinſecè; ideſt per ablationem alicuius formæ, quæ eſt illi intrinſeca, quales ſunt differentiæ indiuiduales, quæ dum non cognoſcuntur per cognitionem *præciſiuã* in natura, auferuntur ab illa pro ſtatu obiectiuo. Et licet per hanc cognitionem non cognoſcatur natura, vt formaliter, & poſitiuè vna, conſtituitur tamen per illam vna vnitate poſitiua extrinſeca, quæ eſt cognitio, quod habetur præcisè ex eo, quod cognoſcatur vt vna negatiuè, hoc eſt ex eo quod non cognoſcatur multiplex, ſicuti ad hoc vt conſtituatur formaliter, & poſitiuè multiplex pro ſtatu obiectiuo, ſatis eſt ſi cognoſcatur cum differentijs,

per

per quas multiplicatur.

116 Circa prædicabilitatẽ vniuersalis, dico cum Diuo Thoma opusc. 56. & cap. 4. de ente, & essentia in hac propositione, Petrus est homo v. g. prædicari naturam hominis secundum se, hoc est secundum sua prædicata essentialia; secundum quæ cõsideratur ab intellectu præscindente, præcisionem autem ipsam non prædicari, sicuti neque prędicantur ea, quę homo habet adiuncta à parte rei, secùs hęc propositio, Petrus est homo, non differret ab hac alia, Petrus, est aliquis homo, neque esset prędicatio superioris de inferiori, sed æqualis de ęquali; vndè, licet non possit natura pręcisa eadem numero; & secundum ea, quę habet adiuncta à parte rei prędicari de Petro, & Paulo, poterit tamen de illis prædicari prout stat sub pręcisione intellectus, seu vt est vna, & eadem per intellectum; semper igitur de Petro prędicatur animal rationale, quod est in ip- *Qualis sit prædicabilitas vniuersalis.*

ſo Petro, & de Paulo, quod eſt in ipſo Paulo; ita tamen vt ex parte prædicati nullo modo veniant differẽtiæ indiuiduales, quę ſolum concipiuntur ex parte ſubiecti, ſed ſolum natura hominis, quæ vna eſt per intellectum; vnde fit, quod vniuerſale in actuali prædicatione, retineat ſuam vniuerſalitatem, quatenus licet conceptus obiectiuus, qui ſe tenet ex parte ſubiecti ſit ſingularis, tamen ille, qui ſe tenet ex parte prædicati eſt vniuerſalis, & permanẽs ſemper vnus obiectiuè in intellectu applicatur multis, variatione facta ex parte ſubiecti, & nõ ex parte prædicati; & hoc ideo, quia, ſecus prædicatio vniuerſalis de particulari eſſet identica, & idem prorſus ſignificaret hæc propoſitio Petrus eſt homo, ac illa alia; Petrus eſt Petrus.

Natura abſtracta ab vno tã tũ indiuiduo nõ eſt vniuerſalis.

117 Quod ſi quæras hic vtrum natura abſtracta ab vno tantum indiuiduo ſit vniuerſalis: reſpondeo negatiue; quod præcipue affirmo in ſententia

co-

eorum, qui putant vniuersale fieri per confusionem plurium; talis enim natura non esset prædicabilis de pluribus, sed de vno tantum indiuiduo; quia cum vno tãtum realiter identificatur, non cum pluribus, vniuersale autem de illo solum potest prædicari, cum quo realiter identificatur. Rursus contra eos, qui constituunt vniuersale per confusionem plurium sic arguo: natura hæc abstracta ab vno tantũ indiuiduo nullam aliam habet vnitatem, nisi singularem, vniuersalem enim, neque ex se habet, neque à cognitione confusâ, quæ nulla est in tali casu. Neque dicas haberi tunc cognitionem confusam, non quæ de facto plura imperfectè, atque confusè cognoscat, sed quæ cognoscit vnum tantum obiectũ, & in se indiuiduum adeo tamen imperfectè, vt si deinde, vel ex vi eiusdem cognitionis, si est possibile, vel ex vi alterius aliud cognoscatur, non possit discerni, an hoc de nouo cognitũ sit illud idem, quod prius co-

gnitum fuerat, ne id dicas inquam, quia vnitas, quę habetur ex prædicta cognitione cõfusa, non est nisi indiuisio, seu vnitas negatiua, tum quia non confundit plura, vt diximus, tum quia, si esset indiuisio intẽtionalis positiua, posset alia cognitio idem obiectum alio modo attingens, clarè, atque distinctè esse diuisio, quod quidẽ videtur impossibile, quo modo enim obiectum vnum in se poterit diuidi per cognitionem: atqui vnitas requisita ad vniuersale positiua esse debet non negatiua; neque natura abstracta ab vno indiuiduo dici debet abstracta ab omnibus, eo quia sine omni indiuiduatione cognoscatur: abstrahere enim vnũ ab alio, vt recte notat Ouiec. cont. 3. logicæ pun. 3. n. 4. non est cognoscere vnum prædicatũ sine alio; sed est cognoscere vnum sine alio, cum quo est realiter identificatum: pari modo in nostra sententia ad habendũ perfectum vniuersale formaliter, sufficit, si cognoscatur na-

tu-

tura humana sine differentijs, cũ quibus realiter identificatur, quod in re nostra non contingit, vt patet consideranti.

DE VNIVERSALIBVS in Particulari.

118 QVinque enumerantur species vniuersalis, seu prędicabilis in communi, Genus videlicet, Species, Differentia, Proprium, & Accidens, quidquid enim prædicatur de alio, vel predicatur essentialiter, vel accidentaliter, si essentialiter, vel vt tota essentia rei, vel vt pars illius perfectibilis, vel vt pars eiusdẽ perfectiua: si primũ, habes Speciem: si secundũ Genus; si tertium Differentiam; si prædicatur accidẽtaliter vel necessario, & habes Proprium; vel contingenter, & habes Accidens; loquor autem de prædicatis vniuersalibus, vniuocis, naturalibus, nõ de singularibus, æquiuocis, & supernaturalibus.

Prædicabilia, seu vniuersalia in particulari sũt solum quinque.

Rursus assignantur hic à nobis vltimę species prædicabilium; quare non satis esset dicere ea esse tantum duo, prædicabile; scilicet essentialiter, & prædicabile accidentaliter, sufficere autem ad diuersificanda essentialiter prædicabilia inter se diuersitatem in modo prædicãdi, rectè probat Ouiedus; contr. 7. pun. 1 num. 1.

Describitur Genus quod est primũ prædicabile. 119 Genus igitur rectè dicitur id, quod prædicatur de pluribus different bus specie in quid: hoc est quod aptum est prædicari de pluribus, quæ inter se differunt in essentia, & quidem essentialiter; tum quantum ad rem significatam, significat enim partem essentialem, tũ quantum ad modum significãdi, idest ad modum per se stantis, seu nomine substantiuo; atque per hãc definitionem conuenit, genus cum reliquis prædicabilibus, per illas particulas (id, quod prædicatur de pluribus;) differt autem ab illis per reliquas particulas, & à specie quidem, quia hæc prędicatur de

plu-

pluribus differentibus numero, illud verò de pluribus differentibus Specie; à Differentia, quia hęc prędicatur in quale quid, illud autem in quid; à Proprio, quia prędicatur in quale necessario; ab Accidente demum, quia prędicatur in quale contingenter. Definitum in hac definitione, sicuti, & prędicatũ in prędicatione Generis est natura ipsa realis, prout stat sub genereitate, huic enim solummodo, & non naturę secundum se conuenit posse prędicari de pluribus, & naturę quidem vt quod; & denominatiuè, genereitati vero vt quo; & formaliter, quia natura realis est, quę prędicatur prędicatione propria Generis: id autẽ habet beneficio genereitatis, idest cognitionis pręcisiuę, quę dum illam cognoscit non cognitis differẽtijs essentialibus constituit formaliter Genus.

120 Iam prędicari de differentibus specie importat prędicari vt partem essentię, & nõ vt totam essentiam; si enim illa

de quibus prędicatur animal, v. g. differunt inter se specie, & consequenter in aliquo essentiali, in quo non communicatur, Genus, quod est illis commune, non est tota illorum essentia, sed solum pars; quando autem animal v. g. prędicatur de hoc, vel illo animali, & substantia de hac, vel illa substantia, licet prędicentur de illis, vt tota essentia; non sunt tamen, respectu illorum, quę dicuntur indiuidua incompleta Genus, sed potius Species; *prædicantur* enim de pluribus differentibus numero, & non de pluribus differentibus specie, & notabiliter. Neque obstat quod pars nequeat prædicari in recto de suo toto, non enim potest dici, homo est anima, vel materia; quia hoc solum debet intelligi de parte physica, non autem de metaphysica, quæ sola ratione distinguitur à suo toto: hæc enim habet realem identitatem cum suo toto; quæ certè poterit per intellectum significare, adeoque prædicari

pars

pars illa de suo toto; hoc autẽ veritatem habet, si pars metaphysica significetur nomine cõcreto; quale est genus respectu suorum inferiorum; quod si sumatur in abstracto, non poterit de illo in recto prædicari, quia sic dicit solam formam, ac proindè non habet identitatẽ requisitam ad prædicationem. Quoniã vero genus prædicatur de suis speciebus, homine videlicet, equo, &c. vt quid determinabile, & perfectibile per differentias specierũ, quas sub se continet tamquam partes suæ potestatis, potest rectè dici, quod prædicetur de illis speciebus vt totum potentiale; quãdo autẽ dicitur genus prædicari vt pars intelligendum est de parte actuali essentiæ, quam in se actu, & formaliter continet. Præterea, si genus primo intentionaliter sumatur non requirit sub se plures species; implicantibus enim omnibus alijs speciebus animaliũ præter hominem v. g. animal in solo homine haberet sua prædicata essen-

sentialia, quia adhuc esset viuens sensibile; igitur eius essentia saluaretur in vna tantum specie. Quod si secundò intentionaliter consideretur, requirit plures species saltem possibiles; secùs non posset prædicari de pluribus differentibus specie, quod essentialiter requiritur ad rationem generis secundo intentionaliter sumpti.

De Specie secūdò prædicabili. 121. Species metaphysicè sūpta cōstituitur in ratione speciei per genus, & differētiam, per hæc enim tantum habetur esse essentiæ perfectè, & completè, quod venit nomine speciei metaphysicè acceptæ. Species logicè accepta alia est subijcibilis, alia prædicabilis; illa dicitur esse id, quod subijcitur generi, seu de quo genus prædicatur in quid, hæc verò rectè definitur esse id, quod prædicatur de pluribus differētibus numero in quid. Species vt subijcibilis non est vniuersalis, quia non dicit respectum ad plura inferiora, de quibus possit prædicari, sed ad vnum tan-

tantum, ad genus videlicet, sub quo poni potest. Species prædicabilis est vniuersalis, atque adeò supponit sub se plura indiuidua saltem possibilia, de quibus possit cum veritate prædicari; præterea species hæ prædicabiles aliæ sunt subalternæ, quæ constituuntur in suo esse per differentiam essentialem nó vltimo perfectiuam, aliæ infimæ, quæ scilicet in suo esse constituuntur per differentiam esséntialem vltimo perfectiuam; illæ sub se cótinét alias species, vt corpus, animal, &c. hæ indiuidua sub se habent, de quibus possint prædicari, non alias species; constituitur in esse speciei subijcibilis per comparationem naturæ ad superiora, in esse autem prædicabilis per comparationem eiusdem naturæ ad inferiora: subijcibilitas tamen fundamentalis est de essentia speciei subijcibilis, est enim ipsa essentia speciei, formalis vero est passio, proflués ab eiusdem essentia; idem dicendum de prædicabilitate respectu speciei prædicabilis.

Di-

Quid & quotuplex sit indiuiduum. 122 Dixi speciem prædicari de pluribus differentibus numero : iam quæ differunt numero indiuidua sunt. Indiuiduum autem est illud , quod nullo modo diuidi potest , & duplex est, vagum videlicet , & signatum , illud constituitur per indiuiduationem indeterminatam , vt aliquis homo:hoc per determinatam , vt hic , ille homo ; prædicatio indiuidui duplex esse potest, naturalis alia , quæ inutilis est , cum constet ijsdem plane terminis; *alia* artificialis , cuius scilicet termini sunt aliquo modo diuersi, potest ab indiuiduis abstrahi ratio aliqua communis ; hoc enim quod est esse indiuisibile in plura, est aliquod prædicatũ reale extra conceptum ipsius naturæ, in quo tamen omnia indiuidua conueniunt . Adde quod , quando dicitur Petrus est indiuiduum, Paulus est indiuiduum , prædicatur aliquod commune Petro , & Paulo, hoc autem non est sola vox:ergo est ratio aliqua realis per illam vo-

cem

cem significata. Demum in hoc quod est esse completum in suo esse omnia indiuidua conueniũt: ergo conueniunt in ratione indiuidui completi, licet differant in ratione talis indiuidui, ratio enim abstracta ab omnibus indiuiduis erit analoga, quia conuenientia, quæ est inter indiuidua in ratione indiuidui essentialiter inuoluit disconuenientiam; quælibet enim indiuiduatio per se ipsam formaliter, est indiuiduatio; & talis indiuiduatio: nisi velis dari processum in infinitum, quod est valde absurdum. Et in hoc sensu intelligendus est Aristoteles 10. metaphysices tex. 13. vbi negat indiuidua posse definiri; loquitur enim de perfecta definitione, quæ scilicet explicat rationes vniuocas qualis non est ratio illa communis omnibus indiuiduis, quod si Porphirius definiuit indiuiduũ id, quod de vno tantum prædicatur, loquutus est de illo perfecte cognito secundum propriam rationem differendi: cæterum non

ne-

negat, quod, si indiuiduum minus clare cognoscatur, quatenus dicit esse indiuisum in se, & diuisum à quocumque alio, quod competit omnibus alijs, sit commune pluribus, & de illis possit prædicari. atque hæc de indiuiduo primo intentionaliter accepto.

123 Indiuiduum autem secundo intentionaliter sumptū dicitur id, quod subijcitur speciei, & de vno tantum prædicatur: per quam definitionem, vt patet definitur ratio indiuidui in particulari, ratio enim indiuidui in communi est prædicabilis de pluribus. Quod si petas, vtrum hæc definitio competat vtrique indiuiduo vago scilicet, & signato. Respondeo cum Arriaga disp. 7. logicæ sec. 4. nu. 6. illam conuenire soli indiuiduo signato non autem vago; hoc enim verè, & propriè significatur de pluribus; quia verè dicitur, Petrus est aliquis homo, Paulus est aliquis homo; iam in his propositionibus non prædicatur sola

vox

vox, sed aliqua res. Neque ex hoc sequitur indiuiduum vagū ponendum esse in recta linea prædicamentali; non enim significat naturam completam diuersam in specie, neque importat perfectionem aliquam essentialem supra alios gradus, quæ requiritur ad hoc, vt aliquid ponatur in recta linea prædicamentali. igitur prædicatio indiuidui vagi reductiue pertinet ad speciem ratione naturæ, & ad tertium prædicabile ratione differentiæ? constituitur autem formaliter indiuiduum, vt prædicabile de vno tantum per illum actum, quo explicite cognoscitur, vt existens in vno tantum, vt subijcibile vero fit formaliter per actum, quo ab ipso abstrahitur ratio specifica, quia per illum actum constituitur species vt superior respectu indiuidui, & per actum clarum quo de vno tantum redditur prædicabile, quia idem prorsus est speciem esse superiorem respectu indiuidui formaliter, ac indiui-

duum

duum esse inferius Specie, seu illi subijcibile; ergo per actum quo species fit illo superior, & ipsum fit de vno prædicabile, & subiectum speciei.

De differētia tertio prædicabili.

124. Differentia, quæ propriissime sumpta constituit tertium prædicabile potest considerari in ordine ad genus, quod diuidit, & dicitur diuisiua, in ordine ad speciem quam constituit, & appellatur constitutiua, in ordine ad inferiora, de quibus apta est prædicari, & dicitur prædicabilis; vt diuisiua recte definitur esse ea, qua genus diuiditur in suas species, constituitur autem in esse diuisiuæ per actum, per quem vel genus cognoscitur sine differentia, vel differentia ipsa sine genere, quia per vtrumque actū distinguitur differentia à genere, & denominatur compars illius componens vna cum genere totum aliquod metaphisycum. Non includitur in genere, aut in differentijs superioribus, secus in omnibus inferioribus animalis v. g. reperiretur

ra-

rationalitas, si hæc esset de cōceptu animalis, quia quæ sunt de conceptu superioris reperiri debent in inferioribus. Adde quod si genus includeret differentiam, tantum diceret animal, quantum diceret homo, quid enim aliud addit homo supra animal, nisi solam rationalitatem; quæ iam includeretur in conceptu animalis. Rursus differentia non includit formaliter in suo conceptu genus, aut alias differentias superiores vniuocas, siue hæ sint supra genus, siue infra genus, quia non repugnat cognosci differentiā inferiorē nō cognito genere, aut alia differentia superiori, & magis vniuersali. Rursus differentia si formaliter includeret genus esset de suo conceptu composita ex genere, & differentia, quia si præter genus nihil aliud includeret nō distingueretur ab illo; iam de hac differentia, quæ includitur formaliter in conceptu differētiæ inferioris, peto, includit ne genus an non? si primum,

datur processus in infinitum; si secundum, cum non sit maior ratio de illa, ac de differentijs omnibus alijs inferioribus dicendum est nullam ex illis includere in suo conceptu genus. neque rugibile formaliter includit sensitiuum, aut principium sensationis, rugitio autem licet secundum gradum genericum sit formaliter sensatio, non est autem huiusmodi secundum gradum differentialem: sic rugibile est principium rugitionis secundum gradum differentialem, non secundum gradum genericum: rugitio igitur adæquate sumpta procedit tum ab animali, tum à rugibili, & ab animali quidē prout sēsatio est, à rugibili vero vt talis sensatio, determinata videlicet ad talem naturam. Non nego tamen hic rugibile necessario præsupponere gradū animalis, sed solum illum formaliter includere; quare, licet rugibile nō possit concipi; quin concipiatur animal præsuppositiue, potest tamen optime con-

concipi absque eo, quod concipiatur animal formaliter, vt aliquod inclusum in rugibili. Præterea rationale si compararetur ad intellectiuum non includit illud, quia addit solum supra intellectiuum essentialem ordinem ad phantasmata; quare de illo discurrendum est sicuti de rugibili respectu sensibilis. Quod si comparetur ad animal, includit quidem intellectiuum, sed ex hoc non sequitur, quod includat genus, quod contrahit, de quo est cōtrouersia; quia intellectiuum est genus disparatum, & extra lineam; neque ratio intellectiui est differentia superior respectu rationalis, si hoc compararetur ad animal, tum quia ratio intellectiui, neque constituit ipsum animal, neque viuens. Differentia autem formaliter superior censetur illa, quæ constituit vel genus, quod immediate diuiditur per differentiam inferiorem, vel alia genera superiora, tum etiam, quia rationale si sumatur vt dif-

differentia animalis dicit indiuisibiliter tum rationem intellectiui, tum dependentiam à phantasmatibus, quare ratio intellectiui nullo modo dici poterit superior ad rationale sũptum, vt est differentia animalis.

125. Differentia, quæ est diuisiua generis, eadem formalissime est constitutiua speciei, & differt solum penes diuersa connotata, si enim comparetur cum genere dicitur diuisiua, si cum specie dicitur *constitutiua*. Non est necesse vt differentia infima sit composita ex duplici differentia infima inadæquatè metaphysice distincta, quæ duplex differẽtia cõtineatur sub duplici genere, seu quod idem est, non est necesse, quod species infima contineatur sub duplici genere infimo, sic hinnibile est sub vno tantũ genere infimo, scilicet sub animali; possunt tamen dari aliquæ species, quæ contineantur sub duplici genere immediato; sic actus, quo quis vult audire

sacrum ; & propter obedientiam, & propter amorem Dei continetur immediate sub genere actus charitatis, & sub genere actus obedientiæ ; quod si Aristoteles in prædicam. cap. 3. ait species, quæ sub duplici genere non subordinato continentur esse diuersas ; loquutus est de generibus adæquatis. genera autem, sub quibus dicimus contineri posse speciem, de qua nos loquimur, non sunt adæquata, quodlibet seorsim respectu speciei ; sed ex vtroque resultat vnum genus integrum : sic ex duplici differentia adæquata componitur duplex species, non ex inadæquatis ; de quibus sermo est in præsentia.

De Differentia tertio prædicabili.

126. Differentia vt tertium prædicabile, recte definitur, cum dicitur esse id, quod prædicatur de pluribus in quale quid quod si addas (de pluribus differentibus specie) habes definitionem differentiæ genericæ, seu subalternæ, specificæ vero, seu infimæ, si dicas de plu-

ribus differentibus numero. Tò in quale significat prædicationem ad modum adiacentis, seu nomine adiectiuo. Quoniam vero nomen adiectiuum potest esse essentiale, & accidentale, ideo additur particula in quid, quæ idem sonat, ac essentialiter; differentia igitur prædicatur nomine adiectiuo essentialiter. Differentia non est vniuersalis per comparationem ad speciem, quam constituit, tum quia non est superior, sed omnino æqualis respectu illius, tum quia non prædicatur de pluribus per comparationem ad ipsam, sed solum per comparationem ad inferiora ipsius speciei, respectu quorum solummodo censetur vniuersalis; nisi velis differentiam per comparationem ad speciem, quam constituit dici posse vniuersalem solum virtualiter, quatenus videlicet prędicatur de ea, quæ sub se plura continet: quod si quæras an differentia infima differat specie à subalterna? Respondeo

deo negatiue, quia cum vera- que prædicetur tamquam pars formalis determinans substan- tiam, seruat eumdem modum essentialem prædicandi; atque adeo in ratione prædicandi non differunt essentialiter. Demum differentia in ratione predica- bilis constituitur per illum a- ctum, quo præscinditur à gene- re, & ab indiuiduis speciei; quia per solũ hũc actũ fit supe- rior in ratione differentiæ; & licet præscindatur ab inferiori- bus, si tamen non præscinditur à genere non erit differentia, sed species.

127 Hactenus de ijs, quæ prædicantur essentialiter; dein- ceps de proprio, & accidente, quæ prędicantur accidentaliter. Et proprium quidem quatru- plex est: primum, quod con- uenit alicui speciei, non ta- men omnibus eius indiuiduis, vt esse Medicum, vel Musicum, quod soli homini competit non tamen omnibus hominibus: se- cundum, quod conuenit quidé omni indiuiduo alicuius speciei, *De Proprio quarto prædicabili.*

non tamen soli; sic esse bipedem conuenit omnibus hominibus, non tamen illis solis; tertium, quod conuenit omni, & soli indiuiduo alicuius speciei, non tamen semper, vt canescere, discurrere, quæ soli, & omni homini conueniunt, non tamen semper: quartum denique quod conuenit omni, soli, & semper; vt risibile respectu hominis. Iam proprium primo intentionaliter acceptum est quędam passio, seu proprietas rei, quæ ideo dicitur esse id, quod est extra essentiam, necessario tamen illam comitatur, per quod differt ab accidente, quod solum contingenter competit subiecto, cui inest. Duplex autem est proprium; physicum aliud, quod videlicet realiter distinguitur ab essentia, & physicè est extra illam, quo modo calor dicitur proprium ignis, & lux solis; aliud metaphysicum, seu logicum, quod physicè quidem identificatur cum essentia, cuius est proprium, licet per intellectũ concipiatur esse extra illam, tamen

le est risibile respectu hominis; verum, bonum, & reliqua prædicata transcendentia respectu entis. Iam, si proprium sit solum ratione nostra distinctum ab essentia, nullo modo poterit ab illa separari: ad separationem enim requiritur realis distinctio. Quod si sit realiter distinctum ab essentia poterit saltem de potentia Dei absoluta, ab illa separari: pari modo proprium quod solâ ratione distinguitur ab essentia, cujus est proprium, vt est risibile respectu hominis, habet rationem proprij merè ab intellectu; quia à parte rei non potest esse proprium alicuius, quin ab illo distinguatur; quod si sermo sit de accidente quod realiter distinguitur ab essentia, hoc quod est esse accidens, vel commune, vel proprium habetur independenter ab intellectu; sic à parte rei albedo v. g. convenire potest non solum homini, sed etiam alijs rebus, ridere autem soli homini competit; vndè fit, quod albedo dicatur accidens commune, ridere, verò

proprium: denominatio demum prædicabilis de pluribus, seu quod idem est vniuersalis habetur beneficio intellectus.

128 Proprium igitur secũdò intentionaliter acceptum, quod constituit quartum prædicabile secundum quartam acceptionem supra explicatam, quia illud solum prouenit ab essentia tamquam illius passio, atque adeo omni, soli, & semper conuenit; rectè definitur esse id quod aptum est prædicari de pluribus in quale necessario. Constituitur in ratione vniuersalis per illam cognitionem, per quam abstrahitur à suis inferioribus, in quibus reperitur à parte rei: sic risibile constituitur in esse proprij vniuersalis, & prædicabilis per cognitionem, per quam abstrahitur à Petro Paulo; &c. in ratione autem quarti prædicabilis constituitur per cognitionem reflexam, qua cognoscitur proprium in ordine ad sua inferiora reflexè, & licet proprium, dicatur proprium respectu speciei

cici tantum, quia risibile, quamuis conueniat soli homini non autem conuenit soli Ioanni, & sensibile est proprium respectu animalis, non respectu hominis; habet tamen rationem quarti prædicabilis, non respectu speciei, quia vt sic nõ dicit ordinem ad multa; inferiora enim, vt comprehendũtur in specie, non sunt multa, sed vnum; præterquamquod proprium non dicit ordinẽ ad speciem, tamquam superius ad inferius, sed tamquam æquale ad æquale, bene tamẽ est quartum prædicabile respectu inferiorum speciei, cuius est proprium, quia est quid superius respectu ipsorum, & vt dicens ordinem ad illa, respicit multa. Demum si proprium prædicatur de pluribus differentibus specie erit proprium genericum, non genus; sicuti si prædicetur de pluribus differentibus numero erit proprium specificum, non species, vtrumque autem possibile esse puto cum probabiliori sententia; quia tũ

ex ratione generica animalis v. g. tum ex ratione specifica hominis plures proprietates emanant, quæ possunt prædicari de inferioribus in quale non essentialiter; sed tantum necessario; quæ cum non possint commode pertinere ad aliud prædicabile, dicendum est spectare ad quartum; de quo nunc nobis sermo est.

De Accidēte quarto prædicabili.

129 Accidens primo intentionaliter sumptum dicitur ab Aristotele 1. Top. cap. 4. esse id quod potest eidem subiecto inesse, & non inesse, seu quod idem est quod contingenter inest subiecto. Vnde habes, quod accidens censeri debeat omne illud prædicatum, quod ita cōuenit rei, vt possit illi non conuenire, eo quia non habeat necessariam connexionem cum essentia, quæ est simpliciter necessaria, sed cum existentia, quæ est contingens, vel cum alia causa extrinseca, quæ etiam extrinsecè operatur: sic albedo cygni, & nigredo corui licet necessariò competant suis sub-

subiectis, non ideo tamen extrahi debent à ratione accidentis; quia cum necessitas hęc non oriatur ab essentia, sed solum ab existentia, non est necessitas simpliciter, quam solum excludit accidens, sed tantum secundum quid; quæ stat cum ratione accidentis. Quod si quæras de discrimine, quod habetur inter quartum, & quintum prædicabile: dico vtrumque esse extra essentiam subiecti; sed proprium, quia oritur ab essentia sine vllo ordine ad existentiam, dicitur conuenire rei necessario necessitate simpliciter, quæ opponitur contingentiæ: accidens verò, quia non oritur ab essentia, dicitur conuenire rei contingenter.

130 Accidens secundò intentionaliter acceptum dicitur, id, quod potest prædicari de pluribus in quale contingenter: per hanc vltimam particulam distinguitur accidens à proprio, quod prædicatur necessario: per tò in quale distinguitur à genere, & specie, quæ prædicantur in

quid, & à differentia, quæ prędicatur in quale quid. Hic nota prædicari in quid intelligendum de prędicatione facta per nomen substantiuum, non grāmaticaliter, sed logicè, quale est solum illud quod significat aliquid, quod sit de substantia subiecti, & quidem per modum subsistentis vt animal, homo, quare hæ prædicationes Petrus est pater: animal est genus, &c. sunt accidentales, licet, tò pater, & genus, sint nomina substantiua grammaticaliter: logicè enim non sunt talia, cum de formali significent denominationes accidentales, quæ non sunt de substantia subiecti? rursus hæc alia prædicatio; statua est lignea, vel aurea; accidentalis est; quia licet lignum, vel aurum substantia sit in se, respectu tamen statuæ accidens est, quia accidit illi esse ex ligno, vel auro: sic istæ aliæ prædicationes; Petrus est existens, natura est singularis; accidentales sunt; & quinti prædicabilis; quia licet accidentia, quæ

illis prædicātur realiter idētificentur cum subiecto, quia tamen neque sunt de essentia subiecti, neque illi conueniunt ratione essentiæ, non competunt illi necessario simpliciter, sed ad summum secundum quid, atque adeo contingenter. Inferiora de quibus dicitur accidens vt quintum prædicabile, non sunt ipsa accidentia inferiora, sed subiecta, quæ à talibus accidentibus denominantur, quia de his prædicatur accidens contingenter, talia sunt nix, lac, cygnus, marmor, &c. respectu albi: quare prædicatio hæc: albedo est color: est prædicatio generis de sua specie similis huic: homo est animal: & hæc alia. hic color est albedo: est prædicatio speciei de indiuiduo. Præterea accidens, si sumatur in abstracto, vt albedo, est realiter distinctū à subiecto, & ideo non potest in recto de illo prædicari non enim dicitur lac est albedo; quod si sumatur in concreto dicit in recto subiectum, & in

 obli-

obliquo accidens; nihil enim est aliud album, quam habens albedinem; & vt sic secundum id, quod dicit in recto non distinguitur à subiecto; adeoque potest de illo prædicari in recto sic; lac est album; cuius propositionis sensus est, lac est aliquid habens albedinem. Demum constituitur accidens in ratione quinti prædicabilis per abstractionem à subiectis modo explicato.

Vniuersale est genus ad quinque prædicabilia.

131 Dubitari hic posset, an vniuersale sit genus ad hæc quinque prædicabilia. Respondeo affirmatiuè; vtrum autem sit genus analogum, an verò vniuocum in præsentia non curo: patet id, quia quinque prædicabilia conueniunt in ratione vniuersalis, & differunt in ratione talis vniuersalis, igitur potest ab illis abstrahi ratio vniuersalis vt sic, quæ ratio, cum ex vna parte sit essentialis prædicabilibus, vt de se patet; & ex alia parte non sit tota essentia ipsorum, sed pars determinabilis, & perfectibilis per par-

ticulares differentias constituti-
uas eorundem prædicabilium;
erit sine dubio generica : verum
quidem est quod uniuersale nō
diuiditur in quinque prædica-
bilia, secundum quod est genus,
seu, quod idem est, secundum ea,
quæ dicit accidentaliter , sed
secundum quod vniuersale est,
seu secundum ea, quæ dicit es-
sentialiter; sic quando diuiditur
animal, non diuiditur ratio ge-
neris , quæ illi accidentaliter
aduenit, sed conceptus ipse ani-
malis, secundum ea, quæ dicit
essentialiter, diuiditur in homi-
nem leonem , &c. neque absur-
dum est , quod genereitas acci-
dentaliter competat vniuersali ,
licet genereitas essentialiter in-
uoluat vniuersalitatem , quæ nō
potest accidentaliter prædicari
de vniuersali , quia etiam præ-
dicatio hæc : animal est genus
accidentalis est , sicuti hæc alia
animal est homo : licet homo
includat essentialiter animal: ne-
que demum implicat , quod idē
sub diuersa consideratione sit
superius , & inferius ; conti-

neat,

neat, & contineatur; magis, & minus late pateat; sic vniuersale in casu nostro, contineret, & esset superius secundum ea, quæ essentialiter dicit, hoc est, secundum prædicata vniuersalis, & prædicabilis; contineretur autem, & esset inferius, secundum ea, quæ dicit accidentaliter, idest, secundum eam denominationem, quam habet ab actu secundo præcisiuo, qui est genereitas, & denominat illud obiectum genus, atque adeo inferius, & primū prædicabile.

E X L I B R O
Cathegoriarū Aristotelis.

Quid, & quotuplex sit Prædicamentū.

132 HIc est primus tractatus in Aristotelis Organo, quē librū Cathegoriæ inscripsit, quod latine significat prędicamentū: est autem prędicamentum series quędam prędicatorū deducta à supremo genere, vsque ad vltima indiuidua per genera, & species intermedias qualis est hęc Substantia, Corpus, Viuēs, Animal, Homo, Petrus. Numerus prędicamentorum denarius est iuxta diuisionem

nem

nem traditam hic ab Aristotele, & communiter ab omnibus philosophis receptam, non quia non potuerint res omnes diuidi in plures, vel etiam pauciores classes, vt in substantiam, & accidens, &c. sed quia hęc, quę de facto tradita est diuisio, opportunior; & accommodatior visa est ad iuuandum intellectum in acquirendis scientijs, & facilior ad instituendas quęstiones de quacumque re in particulari, & illas sub determinata classe inueniendas, vt ex omnium fere Doctorum auctoritate firmatur; accedit, & cõgruentia, quia sicuti in vno indiuiduo substantię vnam habemus substantiam, & multam accidentium varietatem, congruenter diuiditur quælibet res in vnum prædicamentum substantiæ, quæ est id, quod per se à natura intenditur; & nouẽ accidentis, quæ sunt Quantitas, cuius beneficio vnum corpus redditur impenetrabile cũ alio corpore: Qualitas, quæ facit subiectum quale, Relatio, quæ vnũ or-

ordinat ad aliud: Actio, quæ est id, quo causa producit effectum: Passio, quæ est id, quo subiectum patitur substentando aliquam formam: Vbi, per quod res existit in hoc, vel illo loco: Duratio, seu Quando, per quod res constituitur in hoc, vel illo tẽpore: Situs, qui significat dispositionem partium temporis in ordine ad locum: Habitus, qui significat adiacẽtiam vnius substantiæ ad aliam præcipue vestium, seu armorum ad corpus.

De Ante prædicamentis.

133 Iam vero priusquam statuamus quænã entitates poni debeant in prædicamẽtis; quædã explicari debent, quæ tradunτur ab Aristotele, & vocantur antepredicamenta, qualia sunt Æquiuoca, Vniuoca, Denominatiua, Complexa, Incomplexa, & Analoga. Et æquiuoca quidẽ dicuntur esse, (quorum nomen commune est; ratio verò substantiæ, per nomen significata diuersa.) ex quibus patet ad æquiuoca requiri primo pluralitatem rerum per vnũ nomen significatam: secundò res il-

Describũtur Aequiuoca.

illas esse diuersas, prout per tale nomen significantur; quidquid sit deinde, si conueniant sub ratione significata per aliud nomen: sic Canis Terrestris, & Marinus æquiuoca sunt sub nomine Canis, quia per hoc nomen significantur plura, quæ sunt omnino diuersa in ratione per tale nomen significata, licet non sint omnino diuersa prout significantur per nomen substantia. Nota tamen hic definiri æquiuoca æquiuocata, seu res diuersas significatas per idem nomen, non autem æquiuoca æquiuocantia, idest voces, quæ significant res diuersas.

34. Vniuoca vniuocata dicuntur ea, (quorum nomen commune est ratio verò substantiæ per nomen significata est omnino eadem) duo igitur ad vniuocationem requiruntur pluralitas sub vno nomine, videlicet plura sint, quæ vno nomine significantur, & perfecta conuenientia in ratione per illud nomen significata; non enim sufficit vniuocationi, si plura

Definiuntur Vniuoca.

illa differant inter se sub alia ratione per aliud nomen significata, vniuoca censentur homo, & leo in ratione animalis. Quod si quæras quo modo vniuoca significent sua inferiora, respondeo inadæquatè: sic animal inadæquatè significat equum, & leonem; hoc est secundum rationem communem animalis; & nō secundum rationes specificas ipsorum. Demum duplex genus datur vniuocorum, alia sunt essentialia, quorum ratio communis est essentialis respectu inferiorum; ita vt ratio significata per nomen sit intra essentiam vniuocatorum; vt animal respectu hominis, & equi. Alia sunt accidentalia; quorum ratio communis non est essentialis, sed accidētalis respectu inferiorum, atque adeò est extra essentiam vniuocatorum; vt album respectu niuis, lactis, &c.

De Denominatiuis. 135. Denominatiua dicuntur ea, quæ ab aliquo nominis appellationem habent solo differentia casu, id est sunt quædam concreta, quæ dicunt formam dan-

dantem illis nomen, quod in sola desinentia differt à voce, seu nomine ipsius formæ denominatio; sic albus est denominatiuus ab albedine. Tres conditiones requiruntur ad denominatiua propriè dicta; prima est vt participent à forma denominante non solum vocem, sed etiam vocis significationem: sic sapiens denominatiuum est à sapientia, quia vtrumque participat, non autem studiosus à virtute, quia licet significet hominem virtuti deditum, non participat idem nomen cum forma denominante. secunda conditio est vt denominatiuum, & forma denominans differant in terminatione vocis, & consequenter in modo essendi ipsius formæ, hæc enim significatur in abstracto vt sapientia, illud verò significat formam in concreto, vt sapiens: tertia conditio est, vt forma denominans accidat subiecto, & non sit illi essentialis. Præterea denominatiua alia sunt intrinseca, quæ scilicet desumuntur ex formis accidentalibus intrinsecis, quæ in-

inhærent subiecto; vt album ab albedine respectu parietis v. g. alia extrinseca, quæ à formis extrinsecis, vt cognitum à cognitione, alia partim intrinseca, & partim extrinseca, vt simile, æquale, quæ à formis partim intrinsecis, & partim extrinsecis desumuntur. Demum nomina denominatiua puto esse cõceptus vniuocos, quia omnia alba v.g. (idem intellige de reliquis denominatiuis) non solum conueniunt in nomine, sed etiam in definitione albi, quia de omnibus dic potest, quod sint disgregatiua visus: quod autem conceptus iste albi sit perfectè vnus, patet; quia album importat in recto subiectum vt sic, & in obliquo albedinem vt sic, ergo tum ex parte subiecti, tum ex parte formæ perfectè præscindit à differentijs, & consequenter est conceptus perfectè vnus. Non negauerim tamen huiusmodi denominatiua esse vniuoca accidentalia, quia videlicet conueniunt in aliqua ratione vna, quæ tamen est illis

ac-

accidentalis: sic conceptus albi prædicari potest de niue, & lacte, sed neutri est essentialis: vndè fit, quod definitio vniuocorum principalius conueniat vniuocis essentialibus, quam denominatiuis, & ideo illa dicuntur vniuoca simpliciter, hæc autem secundum quid. Ex quibus etiam patet, prima tria prædicabilia, genus videlicet, speciem, & differentiam prædicari de suis inferioribus vniuocè vniuocatione essentiali; reliqua verò duo, idest proprium, & accidens, vniuocatione denominatiua.

136 Complexa alia sunt voce tantum; quæ videlicet, cum sint nomina composita significat res simplices, vt (Respublica; Monsregalis) alia tantum significatione, quæ videlicet opposito modo se habent, talis est vox illa (semper) quæ significat tēpus præsens, præteritum, & futurum. Alia denique tum voce, tum significatione vt (Homo iustus). *De Complexis.*

137 Incomplexa alia dé subiec- *De Incōplexis.*

subiecto dicuntur, sed non sunt in subiecto, alia sunt in subiecto, sed non dicuntur de subiecto, alia sunt in subiecto, & de subiecto dicũtur, alia neq; in subiecto sũt, neq; de subiecto dicũtur hoc est, ens simplex, quod venit nomine complexi, vel substantia est, vel accidens, & vtrumque, vel vniuersale, vel singulare; si substantia vniuersalis est dicitur de subiecto, quia habet inferiora, de quibus essentialiter prædicatur; non est tamen in subiecto, quia, cum non sit accidens, non habet subiectum inhæsionis: si est substantia singularis, neque est in subiecto, quia non est accidens, adeoque nulli inhæret, neque de subiecto dicitur, quia non habet inferiora, de quibus possit essentialiter prædicari: si est accidẽs vniuersale, & in subiecto est, quia habet subiectum inhæsionis, & de subiecto dicitur, quia habet inferiora, de quibus essentialiter prædicetur; si est accidens singulare, est quidem in subiecto, supponitur enim acci-

cidens, sed quia ponitur singulare, non dicitur de subiecto.

138 Analoga definiuntur ab Aristotele 4. met. cap. 2. & lib. 5. cap. 6. esse ea, quorum nomen est commune, ratio vero significata neque omnino eadem, neque omnino diuersa: sic ens dicitur analogum, quia quoad ipsum nomen competit tum substantiæ, tum accidenti, quoad rationem vero significata per nomen non conuenit ipsis eodem modo, vt patet. Rursus Analoga alia sunt Attributionis, quorum nomen commune est, ratio vero significata per nomen aliquo modo eadem per attributionem, seu ordinẽ vnius ad aliud: sic Deus, & creaturæ conueniunt in nomine entis, vt sic, & etiam in ratione illa communissima entis, quia tamen hæc non eodem modo participatur à Deo, & à creaturis, Deus enim per se primo dicitur ens, creaturæ vero non nisi per participationem diuinæ essentiæ; hæ dicuntur entia per attributionem ad Deum; vnde no-

Quid, & quotuplex sit Analogum.

men ens dicitur analogum attributionis. Deus, cum sit id, ad quod cætera referuntur, dicitur primarium, seu principale analogatum; creaturæ vero vocantur analogata minus principalia, seu secundaria. Alia sunt analoga Proportionis, seu Proportionalitatis, quorum nomé commune est, ratio vero significata per nomen eadem per proportionem, vel proportionalitatem ad inuicem: sic quia cor, & fons principia sunt, & illud quidem spirituum, hic vero riuulorum, conueniunt in ratione principij non simpliciter, sed proportionaliter, dicuntur analoga proportionis; & hæc alia sunt impropria per excessũ videlicet, quæ non solum habent similitudinem in proportione, sed etiam in ea ratione, quæ fundat proportionem; vt si dicas: sicuti se habet animalitas in equo in ordine ad operationes sensitiuas equi, ita se habet animalitas in homine ad operationes sensitiuas hominis: animalitas equi, & animalitas ho-

minis erunt analoga proportionis impropria per excessum similitudinis, non solum enim conueniunt in illa proportione, sed etiam ipse conceptus animalitatis, supra quem fundatur proportio, est idem in vtroque; vnde etiam ipsa proportio est imperfecta, & potius appellanda est identitas, quam proportio; quare huiusmodi analoga proprie non sunt analoga, sed vniuoca: vel per defectum, quæ tunc habentur, quando ratio, quæ significatur per nomen analogum proprie vni tantum ex analogatis conuenit; cæteris vero non nisi improprie, & per metaphoram: ita se habet hilaritas hominis, & pratorũ, quatenus conueniunt in ratione risus, quia nomen hoc risus, cum sit impositum ad significandum actum alicuius potentiæ locomotricis ortum ex admiratione proprie conuenit soli homini; pratis vero solum improprie. Alia dicuntur analoga proportionis propria, quæ videlicet in forma, in qua proportionan-

 tur,

tur, non habent identitatem conceptus obiectiui, habent tamē in illa proportionem propriam, non autem metaphoricam; sic cor, & fons sunt analoga proportionis sub nomine principij, cum vtrumque sit principium, & cor quidem vitæ, fons vero aquarum, ratio tamen principiandi non est eadem in vtroque, quia diuerso modo principiatur vita à corde, quam aqua à fonte, habet tamen in vtroque proportionem, quia sicuti se habet ratio principiandi, quæ est in corde in ordine ad vitam, ita illa, quæ est in fonte in ordine ad aquam: quæ quidem proportio in ratione principij non est propria vni, & alteri metaphorica, neque vnū horum ideo dicitur principium, quia habet similitudinem cum alio, sed quodlibet ex his habet rationem principij independenter ab alio, quæ ideo dicuntur analoga proportionis propria.

139 Quod si quæras vtrum forma, quę significatur per no-

men analogum ſit omnibus analogatis intrinſeca, priuſquam reſpondeam ſuppono, quod nomen analogum in analogis attributionis primo, & per ſe, ſeu quod idem eſt, ex prima ſui impoſitione conuenit primo analogato; ſecundarijs vero, non niſi per quamdam extenſionem, & ampliationem nominis, quę tamen habetur ex vi alterius impoſitionis. Hoc poſito dico primo: forma ſignificata per nomen ſumptū iuxta primā impoſitionē eſt ſēper intrinſeca primario analogato, extrinſeca vero ſecundarijs: ſic forma ſignificata per nomē ſanū ex prima impoſitione eſt ſanitas animalis, quę intrinſece ſolum reperitur in animali, quod eſt principale analogatum, cęteris vero extrinſece tantum competit. Dico ſecundo: forma ſignificata per nomen iuxta ſecundam impoſitionem eſt intrinſeca ſecundarijs analogatis, quia ſanum prout applicatum ad medicinam ſignificat vim cauſatiuam ſanitatis, quæ eſt intrinſeca medici-

næ; idem dic de cæteris. De analogis proportionis dico tertio, nomen analogum significare proportionem, quam habent omnia analogata inter se, proportio autem hæc intrinseca est cuilibet analogato, non quidem simpliciter, sed prout stat sub tali determinata analogia. sic nomen principij significat emanationem, seu originem vnius ab alio, quia principium est id, à quo aliud: iam originatio hęc, vnde res denominatur principium, licet plerumque sit extrinseca rei, quæ denominatur principium, semper tamen est ipsi intrinseca, prout principium est; seu prout stat sub analogia huius nominis.

140 Hac supposita notitia Æquiuocorum, Vniuocorum, &c. excludimus primo cum cōmuni Doctorum sentẽtia à prædicamentis æquiuoca, & analoga, quia hęc non conueniunt in ratione generica, à qua descendunt omnia, quæ constituuntur in prædicamento. secundo entia rationis, quæ non conueniunt

vni-

vniuocè cum ente reali, quod Aristoteles diuisit in decē prædicamenta. tertio substantias physicas incompletas, vt est materia, vnio, forma, &c. & differentias, quæ, licet ponantur à latere prædicamenti, & reductiuè ad illud pertineant, non tamen ponuntur in recta linea, quia ratio, quæ ponitur in prędicamento, vel ponitur vt prædicabilis, vel vt subijcibilis in prædicatione essentiali, & in quid, ita vt de ipsa possint prædicari in quid omnia prædicata superiora vsque ad supremum genus, & ipsa possit etiam prædicari in quid de rationibus inferioribus vsque ad vltimum indiuiduum: cuiusmodi non sunt substantiæ physicè incompletæ, & differentiæ, sed sola genera, species, & indiuidua. Quarto entia per accidens, quare per Aristotelem complexa excluduntur à prædicamentis; nomine autem entis per accidens intelligo ens complexum ex pluribus vocibus, quod non inseruit ad prædicamentum.

141 Ex omnibus prædicamentis de sola relatione institui solet quæstio apud Logicos; quare illorum disputatione in opportuniorem locum reiecta prædicamentum relationis pertractandum aggredior.

DE PRAEDICAMENTO Relationis.

Quodnam sit ens absolutum, quod respectiuũ.

142 Celebris est apud omnes philosophos illa diuisio entis in absolutum, & relatiuũ; & quidem absolutum est illud, quod non ordinatur ad aliud, relatiuum vero quod ad aliud ordinatur: nos omisso ente absoluto, de quo nonnulla hic innuisse satis est, aggredimur relatiuum. Relatiua igitur dicuntur, quę non sistunt in seipsis, sed respiciunt aliud. Iam forma, per quam habent ad aliud ordinari dici solet relatio, respectus, seu ordo, sic pater, & filius, qui ad inuicem ordinantur dicuntur relatiua, paternitas vero, & filiatio quę sunt formę, per

quas

quas ordinantur dicuntur relationes. In qualibet ergo relatione tria possunt considerari subiectum, videlicet, seu fundamentum, quod est id, quod denominatur relatum, seu in quo subiectatur relatio; Terminus qui est id, in quod tendit relatio, & in relationibus prędicamentalibus debet sẽper esse actualis; & ratio fundandi, quę est illa, ex cuius positione resultat ipsa relatio inter fundamentum, & terminum; ex quibus sic definitionem relationis efformabis. Relatio est ratio formalis, qua vnum idest fundamentum respicit aliud, idest terminum. *Quid sit Relatio.*

143 Diuiditur autem relatio multipliciter, & primo in realem, & rationis, quę diuisio coincidit cum ea per quã relatio alia vocatur secundum esse, & alia secundum dici; realis ergo est illa, per quam vnũ vere, & realiter respicit aliud; rationis illa, quę non est à parte rei in ipsis rebus, sed beneficio cognitionis, aut vnum ad aliud *Quotuplex sit Relatio.*

ordinantis, aut in ipsis entibus absolutis respectum aliquem extrinsecum per errorem fingentis, apprehenditur. Iam, omissa relatione rationis, diuiditur relatio realis secundo in mutuam, & non mutuam: mutua est quando vtrumque extremum inuicem respicitur; vt euenit in relationibus, paternitatis, & filiationis, per quas pater filiū respicit, & à filio respicitur: non mutua est, quando vnum extremum aliud respicit, à quo ipsum non respicitur, talis est relatio, per quam actus visionis essentialiter respicit suum obiectum, à quo tamen iuxta communiorem sententiam ipse actus non respicitur: diuiditur tertio in relationem ęquiparantię, & disquiparantię, illa est quando extrema eodem modo se habent, & relationes in vtroque ex extremis eodem modo nuncupantur, cuiusmodi est relatio similitudinis inter duo alba: hęc autem est, cum extrema diuersimode se respiciunt, talis est relatio paternitatis, per quā

Petrus pater respicit Franciscum vt filium, à quo per relationem filiationis respicitur, vt pater. Diuiditur denique quarto in Transcendentalem, & Prædicamentalem: Relatiua transcendentalia sunt illa, quæ primo, & per se dicunt conceptum aliquem absolutum, in quo tamen intrinsecè imbibitur respectus aliquis ad aliud, qui duo hæc habere debet, primo vt non sit purus ordo, secundo, vt sit subiecto essentialis; vnde omnes creaturæ, quæ in suo conceptu absoluto dicunt essentialem ordinem ad Creatorem, dicunt etiam relationem transcendentalem ad illum. Prædicamentalia vero relatiua sunt illa, quæ primo, & per se dicunt conceptum pure relatiuũ ad aliud, qui quidem debet esse accidentalis rebus absolutis, vt manifeste patet in relatione paternitatis.

144 Iam hæ relationes prædicamentales ex Aristotele primo meta. cap. 15. triplicis generis esse possunt, quorum *Tria genera Relationis*

primum fundatur in vnitate, & numero, seu quod idem est in conuenientia, & disconuenientia: Secundum fundatur in actione, & passione. Tertium denique in ratione mensurabilis ad mensuram, quę omnes relationes sunt reales cum non sit maior ratio de vna, quam de alia. His positis, controuersia est celeberrima inter Doctores de distinctione relationis prædicamentalis à fundamento, & termino.

Relatio nõ est formalitas intrinseca fundamẽto ab illo sola ratione ratiocinata distincta.

145 Et primo quidem aliqui docent relationem esse formam aliquam omnino intrinsecam ipsi fundamento, & consequenter à termino realiter distinctam, à fundamento autem solum formaliter, seu sola ratione ratiocinata: Putant enim, posita generatione filij, consurgere in entitate patris formalitatem aliquam intrinsecam, seu conceptibilitatem, quæ quidem antecedat omnem operationem Intellectus, sed à cognitione habeat vt à substantia ipsius patris distinguatur, sed contra hos Auctores

fa-

facit argumentum illud non minus efficax quam commune. formalitas hæc relatiua v. g. paternitas secundum id, quod superaddit entitatibus fundamenti, & termini etiam simul sumptis realiter perit, quando scilicet perit filius, remanente realiter ipsa substantia patris: ergo etiã realiter ab ipsa patris, substantia distinguitur.

146 Neque dicas primò perire quidem, sed impropriè nexum illum relatiuum intermedium inter patrem, & filium, hoc est, non secundum entitatẽ aliquam physicam, sed secundum formalitatem metaphysicã, quæ est actuale exercitium referendi, quia hoc ipsum actuale exercitium referendi quod est ipsa formalitas relationis, ne dicas relationem consistere in coexistentia fundamenti, & termini; debet importare aliquid aliud præter ipsum fundamentum, & terminum: iam hoc aliud realiter perit, cum desinit esse relatio; ergo relatio perit propriè. Quod si iterum dicas

hoc aliud non posse perire, propriè, quia est pura formalitas, non physica entitas, iam facis quęstionem de nomine, à qua pro modo abstinendum esse censeo: interim sic te vrgeo: id, quod tu dicis perire impropriè, ita perit impropriè, vt non sit amplius in mundo, sed desinat esse verè, & realiter; fundamētum verò, quod in casu nostro est substantia patris non desinit esse in mundo verè, & realiter, ergo formalitas ista tua relatiua realiter distinguitur à fundamēto. Neque dicas secundo perire, termino pereunte, relationem, sed formaliter non autem realiter. Primo quia per te iam relatio perit formaliter, sed ante omnem operationem intellectus, ergo distinguitur formaliter à fundamento, sed ante omnem operationem intellectus. secundo quia hæc formalitas relatiua, vel est quid reale, vel rationis, si secundum; ergo relatio paternitatis v. g. non est realis, sed rationis si primum ergo perit realiter, & non per in-

intellectum; quod videtur significare ly perire formaliter. Dicere autem quod pereat relatio secundum esse conceptibile, seu quod eadem realitas, quæ semper remanet, non possit amplius concipi vt relatiua, falsum omnino est, quia vis quod hæc formalitas adæquatè sit identificata cum fundamento, ergo si hoc integrum remanet, non potest illa secundum suum conceptum obiectiuum non remanere; esto non possit ab intellectu concipi, vt referens ad aliud, seu vt aliquo modo distincta à fundamento; quod est præter nostram quæstionem; neque dicas tertio pereunte termino, perire etiam relationem nō quoad suā entitatem intrinsecam, sed quoad terminationem extrinsecam, quia relatio secundum suam intrinsecam essentiam est essentialiter actuale exercitium referendi, vnum ad alterum; sed hoc actuale exercitium non potest remanere absque eo quod terminetur ad aliquod extrinsecum, ergo relatio non potest remane-

rē tantum quoad suam intrinsecam entitatem, non autem quoad terminationem ?

Neque est modus aliquis resultans in fundamentō posita ratione fundandi.

147 Docent alij secundo posito fundamento termino, & ratione fundandi resultare modum quemdam intrinsecum in fundamento, plusquam ratione ab illo distinctum, in quo volunt adæquatè cōsistere formalem conceptum relationis : sed neque hæc sententia placet tum quia nulla est necessitas multiplicandi talem modum, tum quia inter illa in quibus infra dicemus consistere adęquatè relationem ; & ipsam relationem nulla est separabilitas, atque adeo nullum signum realis distinctionis, & per consequens relatio non est aliquid illis omnibus realiter superadditum, vt esse debet modus hic horum Doctorum : tum demum quia si v. g. generetur filius patre longe absente, non poterit commode assignari causa productiua talis modi in ipso patre : non enim esse potest filius genitus, & hoc etiam si relatio sit effec-

tus

tus per accidens, hic namque debet esse coniunctus cum effectu per se: iam neque effectus iste per se termini, cum quo cõiuncta est relatio, quæ est eius effectus per accidens; potest assignari; neque, si assignetur, poterit produci à termino ytpote distãti; neque poterit dici quod agens illud quod terminum produxit tamquam effectum per se, sit causa ipsius relationis tãquam effectus per accidens, quia vel hoc habetur per vnicam actionem; vel per dupplicem, non primum, quia non potest vnica actio recipi in duobus passis distantibus in filio scilicet Panormi, exstente, & in patre commorante Romæ: neque secundum quia actio per accidens productiua relationis in Petro, non potest exire ab agente in quacumque distantia, ob ipsius limitationem, ergo nequit idem agens etiam per dupplicem actionem attingere vnum effectũ Panormi, & alterum Romæ, etiam si hic sit per accidens, ille vero per se. Neque substantia

ipsa

ipsa patris in India potest sibi producere modum istum posita generatione filij Panormi, quia cum de se sit intrinsece indifferens ad modum illum producendum, vel non producendum deberet assignari determinatiuum aliquod intrinsecum, quod non potest esse positio ipsius termini, cum hic extrinsecus sit, & valde distans. Neque denique recurrendum est ad ipsum Deum: non enim est philosophi sine vrgenti necessitate, quæ profecto hic nullam apparet ad causam primam recurrere.

Neque est formaliter ipsa ratio fundandi.

148 Displicet etiam sententia illorum, qui putant relationes fundatas in actione, & passione, adæquate identificari cum rationibus ipsis fundandi; ita vt paternitas v. g. sit ipsa actio generatiua filij: reliquas vero relationes, vel non esse reales, vel consistere in pura coexistentia absolutorum: displicet inquam primo, quia forma denominans patrem hominem generantem non debet esse totaliter illi extrinseca, qualis est actus

tus

tio generatiua, quæ recipitur in termino, secus posset aliquis dicere, patrem, & filium in diuinis denominari relatiue Spiratorem à processione passiua, quę est in Spiritu Sancto, quod est falsum. Secundo quia admissa realitate relationis similitudinis, quæ, cum habeantur à parte rei veræ, & reales denominationes similium negari non potest, non est maior ratio, quare hęc poni debeat in coexistētia absolutorum, & non illa. Tertio quia relatio paternitatis, & filiationis includit essentialiter relationē similitudinis; est enim ordo patris generantis filium, & filij geniti in similitudinem naturę; sed hęc etiam per te consistit in coexistentia extremorum ergo, & illa.

149 His omnibus reiectis dico relationem formaliter consistere in entitate fundamenti, & termini posita ratione fundādi: ita Nominales, & communiter Recentiores, Hurtadus disp. 15. metaph. sect. 2. Arriaga disp. 12. logicę sect. 5. Ouiedus

Sed consistit formaliter in entitate absoluta fundamēti, & termini posita ratione fundandi.

dus contro. 9. puncto 4. §. 3.
Auersa, Giattinus, & alij. Patet primo ex exclusione aliarum sententiarum, secundo, quia hęc omnia inseparabilia sunt à relatione: ergo inter hęc, & relationem nullum habetur signũ realis distinctionis, & proinde nulla est realis distinctio. Neque valet illud effugiũ, quod scilicet ista omnia sint tantũ relatio fũdamẽtalis, seu radicalis, atque adeo si intelligantur v. g. duo quanta palmaria esse æqualia solum fundamentaliter, non tamen formaliter; non valet, inquam, primo quia positis quocumque modo superadditis adhuc ipsis competeret formaliter relatio æqualium: essent enim talia, vt nunquam ullo modo aliud excederet, secundò quia res ex ipsis conueniunt, & illis conueniunt inter se ergo admitti non debet disconuenientia superaddita rebus ipsis. Rursus idem est, duos parietes esse albos, ac conuenire in albedine, sed primum non importat aliquod superadditum, ergo neque secundum

dum: idem dicendum de relationibus producentis, & producti, statim enim ac habeo Petrum genuisse Fräciscum, secluso quocũque modo superaddito, intelligitur formalissime Petrus pater, & Franciscus filius.

150 Paritas ex diuinis relationibus, quæ consistunt in aliqua forma totaliter intrinseca fundamento, non vrget contra nos; illę enim, vt suppono ex prima parte, præter munus referendi, habent etiam constituere personas diuinas in ratione personę, & præterea distinguere vnam ab alia, quod non contingit in creatis: vndè ex eo quod pater in diuinis per suam vim intrinsecam producit filium, solum infertur realitas paternitatis, quæ etiam colligitur à Patribus, & Concilijs ex nominibus relatiuis, quæ Deo attribuuntur in sacris literis: neutrum autem infert quod paternitas sit forma intrinseca. Neque relationes in diuinis ex puro munere referendi habent quod sint intrinsecę, nisi permissiuè; hoc est munus

referendi non impedit ipsas esse intrinsecas, cum ab alio munere, constituendi scilicet, & distinguendi habeant esse intrinsecas. quod si relationem spirationis actiuæ mihi obijcias, vtpotè intrinsecam, & nullo modo constituentem personas, dico etiam illam constituere spiratorem, seu principium spiratiuum: si verò nostram sententiam indè impugnes, quia scilicet tenetur admittere relationes prædicamétales in Deo ad creaturas, quod videtur esse contra communem Theologorum sensum, facilè instantiam soluam, si dicam, posse optimè sine vllo absurdo concedi in Deo relationes prædicamétales ad creatnras existentes, neque id esse contra communem sensum Theologorum vt testatur Albertinus in prædicamento ad aliquid, & Hurtadus, qui multos citat, & Nominales, & Thomistas, & præsertim Suares disp. 47. met. sec. 15. num. 20. vbi ait valdè in hanc sententiã inclinasse Diuum Anselmum in Monologio cap. 24. cuius ver-
ba

ba luculenter expendit Ouiedus cont. 9. punct. 4. §. 3. num 22. præterquamquod possent optimè negari huiusmodi relationes prædicamentales in Deo ad creaturas, propter diuersitatem ordinis, quæ habetur inter ipsa extrema, ad quam recurrunt ipsi aduersarij, dum docent actionem, & passionem in creatis quidem fundare relationes prędicamentales, non autē in Deo respectu creaturarū. Ex eo autē quod Deus velit aliquando dissimilitudinem inter bonos mores iustorum, & malos iniustorum, non sequitur, aut relationem esse formam ab vtrisque moribus distinctam, aut Deū habere pro obiecto suæ volitionis malos mores, non enim primò vult dissimilitudinem adæquatè sumptam, sed tantum secundum id, quod dicit in recto, scilicet secundum bonos mores iustorum, in quibus dicitur esse dissimilitudo: neque secundò, dato quod velit illam adæquatè sumptam, vellet per se, & directe malos mores iniu-

iustorum, sed solum per accidens, & ex suppositione, quod dissimilitudo conflectur ex bonis, & malis moribus: sicuti in probabili sententia Theologorum, relata à Cardinali Delugo de pœnitentia disp. 7. nu. 3. vult Deus sacramentum pœnitentiæ, licet hoc ex peccatis, tanquam ex parte aliqua materiali componatur; potest enim aliquod compositũ habere pulchritudinem, & honestatem, & consequenter esse amabile, licet aliqua eius pars, vt seiuncta à cæteris, sit odibilis, & mala. Demum non potest ex diuinis relationibus efficax argumentũ desumi pro tertia sententia, nã si relatio paternitatis in Deo identificatur adequatè cum actione productiua, id habetur, quia per solas productiones cõstituuntur, & distinguuntur diuinæ personæ in ratione personæ, quod non euenit in creatis.

151 Ex quibus constat primo denominationes relatiuas esse reales, etiam si consistant in

co-

coexistentia absolutorum, quod idem tenentur omnes dicere de denominationibus vestiti dextri, sinistri, & cæteris huiusmodi. Secundo esse denominationes partim intrinsecas, & partim extrinsecas; adeoque haberi posse sine mutatione intrinseca subiecti. Tertio esse formas intermedias, non ex parte obiecti, sed solum ex nostro modo concipiendi. Quarto dici esse ad aliud, non quod ipsæ sint ad terminum à se adæquate distinctum, sed quod faciant, vt fundamentum referatur ad terminum, vnde paternitas à filiatione distinguitur solum per hoc, quod illa dicit in recto entitatem absolutam Patris, & connotat in obliquo entitatem absolutam filij; hæc vero dicit in recto entitatem absolutam filij, & in obliquo entitatem absolutam Patris. Quinto relationem transcendentalé, quando ponitur à parte rei terminus, fieri prædicamentalem solum inadæquate. Sexto rationem fundandi requiri ad re-

lationem, vel vt connotatum extrinsecum, quo posito habeatur relatio, vel etiam vt partē intrinsecè constituentem conceptum physicum relationis, qua pereunte, remanet solum moraliter relatio; vel si velis, hanc remanere physicè, dic satis esse, quod præcesserit ratio fundandi, & relationem in hoc imitari naturam entium successiuorum, quorum partes non est necesse, quod omnes actu simul existant, sed sufficit, si aliquæ præcesserint, aliæ verò sint extituræ, sic aqua denominatur benedicta à benedictione præterita, & dies hodiernus dicitur verè nunc actu existere, licet ex horis, quibus ipse cōstatur, tamquam ex partibus, matutinæ iam præcesserint, vespertinæ nondum existant, sed sint extituræ. Neque dicas actionem generatiuam esse formā, quæ ex natura sua faciat, vt fundamentum referatur ad terminum; quia est formalis connexio, & dependentia termini à fundamento: ne id dicas, in-

quam,

quam, quia licet actio generatiua sit ratio formalis, per quã habeatur effectus ille connexi, & dependentis, non erit tamen forma faciens formaliter relatum; sæpe enim habetur id, per quod terminus formaliter connectitur cum fundaméto, & non habetur id, per quod formaliter illud respicit, vt euenit, si ante animationem partus in vtero matris, moriatur pater, quod est fundamentum paternitatis, quia tunc, quando deindè fit animatio, habetur actio generatiua, quę per se est id, per quod formaliter terminus cõnectitur cum fundamento, & ab illo dependet, & tamen non habetur relatio paternitatis, quia hæc requirit fundamentum actu existens, quod tunc non habetur.

152 Fundamentum, igitur in relatione significat rem illam absolutam, quæ denominatur relata, qualis est v. g. entitas absoluta patris, supra quam cadit denominatio patris orta à paternitate; terminus est entitas absoluta, ad quam fundamentum

 di-

dicitur relatum, qualis est entitas absoluta filij: ratio fundandi est, vel ipsa entitas fundamenti, vel quid ab illa distinctum pro diuersitate relationum: relatio demum est ipsa entitas patris prout per additionem filij geniti induit conceptum paternitatis, quæ ad multiplicationẽ terminorum multiplicatur solũ inadæquatè, & secundum id, quod dicit in obliquo. Iam ex his vnũquodque differt ab alio, vel adæquatè, vt fundamentum à termino, & aliquando ratio fundandi differt realiter ab vno, scilicet termino, aliquando verò adæquatè ab vtroque, vel inadæquatè, vt relatio à fundamento, & termino singillatim sumptis, quare inter fundamentum, terminum, rationem fundandi, & inter relationem realiter nulla habetur prioritas, licet secundum nostrum modum concipiendi denominatio relatiua intelligatur consequi ad perfectiones absolutas fundamenti, & termini, posita ratione fundandi; dicitur autem relatio prædica-

camentalis accidens, non quidē inhæsiuè, seu physicè; non enim importat formam aliquam intrinsecam inhęrentem subiecto; sed solum denominatiuè, & logicè, quatenus denominatio relatiua accidit rei, quæ dicitur relata, quod sufficit ad constituēdum prædicamentum accidentale, vt patet ex prædicamento habitus in communi sententia, & in prædicamento Actionis, Passionis, Vbi, Quando, iuxta probabilem aliquorum opinionem. quod si quæras quomodo in hac sentētia saluetur celebris illa diuisio entis in absolutum, & respectiuum, dico id optimè saluari, si dicatur nomine entis absoluti venire omne id, quod habet aliquā perfectionē in ordine ad se: nomine vero entis respectiui venire illud solū, quod cōsideratur in ordine ad aliud. Rursus relatio est prædicamentum diuersum à cæteris, eo quod cætera prædicamenta importent aliquam perfectionem, siue intrinsecam, siue extrinsecam, quæ vel dat, vel conser-

uat, vel perficit aliquo modo esse e... absoluti, at vero relatio nil horum præstat, sed solum refert vnum ad aliud; neque valet instantia, quod duæ quantitates pertineant ad prædicamẽtum quantitatis, & duæ qualitates ad prædicamentum qualitatis, &c. id enim verissimum est si dictę quantitates, aut qualitates secundum se spectentur, non autem, si considerentur, pro vt vna coexistit alteri: eędem igitur entitates vno, & alio modo spectatæ pertinent ad diuersa prædicamenta, sic eędem, si præscindantur à coexistentia, & comparabilitate, pertinent ad prædicamentum substantiæ; si vero comparentur vt coexistentes, pertinent ad prædicamentum accidentis, & relationis.

153 Quæri demũ hic posset primo, an terminus relationis prædicamentalis sit entitas absoluta termini, an vero correlatio. Respondeo esse entitatem absolutam termini, quia ille est terminus formalis relatio-

tionis in nostra sententia, quem relatio dicit in obliquo, qualis est sola entitas absoluta termini: adde quod paternitas refert hominem generantem ad hominē genitum; ergo terminus paternitatis est ipse homo genitus, & non relatio filiationis; neque filiatio est effectus hominis generantis; ergo neque terminus talis paternitatis: ex eo autem, quod relatio in diuinis terminetur ad relatiuum nil potest inferri contra me, id enim prouenit, quia in diuinis non habentur plura absoluta: iam fundamentum, & terminus debent esse plura, dicuntur præterea relatiua esse simul natura, cognitione, & definitione, & natura quidem quatenus in eodem signo realis durationis habentur omnia illa absoluta, & simul paternitas, & filiatio; cognitione vero quoad realitatem relationum, quatenus, qui cognoscit vnam, cognoscere debet totum esse reale alterius relationis; definitione demum, quatenus nequit definiri vna

relatio, nisi in eius definitione ponatur etiam tota realitas alterius correlationis. Quæri posset secundo de summo genere in prædicamento relationis, at illud esse dicam rationem quamdam abstractissimam puri ordinis, quæ tamen sit vniuoca saltem denominatiuè, quatenus, sub hac denominatione relati pure, multa vniuoce conueniũt. Quæri posset tertio de proprietatibus relationis quot & quænam illę sũt. Respõdeo esse tres, prima, quod videlicet relationes aliquæ ex his suscipiant magis, & minus, sic vnus paries dicitur magis similis alteri, quã alius. Secunda quod dicantur ad conuertentiam sic Pater dicitur Filij Pater, & Filius dicitur Patris Filius. Tertia quod sint simul natura, cognitione, & definitione, modo iam explicato. Quæri posset denique quarto quid, & an sit relatio transcendentalis, & quomodo differat à prædicamentali; quoad primum dico illam esse res-

pe-

pectum aliquem non addictum certo prædicamento, sed qui potest in eorum singulis reperiri, cum sit essentialis, & non accidentalis rei, quam ita refert ad secundum puto dari huiusmodi relationes transcendẽtales, vt patet ex dependentia, quam dicunt creaturæ in suo esse ad Deum, materia ad formã, potentiæ animæ ad actus, & obiecta sua; quæ dependentiæ non possunt saluari per meras relationes prædicamentales, vt patet. Ad tertium respondeo relationem transcendentalem differre à prædicamentali primo, quia illa est essentialis rei, hæc accidentalis; secundo, quia illa non requirit terminum actu existentem, vt exigit necessario ista; tertio illa non habet purum referre, atque adeo non respicit terminum, vt pure terminum: non sic ista, cuius munus est solum referre vnum ad aliud, adeoque respicit, terminum vt pure terminum.

(∴✠∴)

Quid, & quotuplex sit signũ. 154 Voces sunt præcipua signa, & notæ eorum, quæ in animo latent, passionum. Signum autem est id, quod facit nos in alicuius rei cognitionem venire, & aliud formale est, quod scilicet est ratio, quare res aliqua cognoscatur, ipsum vero non cognoscitur: talis est cognitio; aliud instrumentale, quod videlicet cognitum ducit nos in cogitionem alterius; vt vestigium animalis impressum in puluere; aliud naturale, quod ex natura sua habet significare aliquid, vt fumus respectu ignis; aliud ad placitum, quod significat ex hominum libera institutione, vt laurus respectu vini venalis. Constituitur in ratione signi per duplicem habitudinem, ad rem significatam, & ad potentiam cognoscentem: & si naturale sit, constituitur in ipsamet entitate signi, si vero ad pla-

placitum dicit de materiali rem, seu vocem, quæ assumitur ad significandum, & de formali voluntatem hominum non dum retractatam, sed adhuc moraliter perseuerantem: ex quibus habes omnes effectus, quorum dependentia à suis causis est nota, esse signa naturalia, & instrumentalia causarum; causas vero necessarias non impeditas, quorum vis productiua nota est, esse signa instrumentalia suorum effectuum, non sic causæ liberæ, vt patet. his prænotatis de signo, dico voces articulatas, de quibus hic est controuersia, significare naturaliter, loquentē esse hominem: ad placitum vero hoc potius, vel illud obiectum; ita tamen, vt immediate, & primario significent res, mediatè vero, & secundario cognitiones, quas loquens habet de rebus; & rectè, nam primario rerum nobis ingerunt notitiam, non cognitionum.

155 Enunciatio, seu iudicium, quæ est secunda operatio intellectus est cognitio, per quā *De Enunciatione, seu iudicio.*

affirmatur, vel negatur vnum de alio, importat autem cognitionem cognoscentem obiectū, & conuenientiam subiecti cum prædicato; & præterea conformitatem sui cum obiecto, quæ exercite dicitur cognosci, quod nil aliud est, quam habere vitalem, quamdam experientiam, per quam vitaliter sentimus in nobis conformitatem nostræ cognitionis cum obiecto; & in hoc differt à prima operatione, quæ simpliciter apprehendit terminos, siue complexos, siue incomplexos, absque eo quod vllum ferat de illis iudicium à tertia vero, quia hæc importat iudicium illatiuum, illa vero solum affirmatiuum, vel negatiuum. est entitatiuè simplex, non enim componitur ex pluribus conceptibus formalibus, potest tamē dici quod sit obiectiuè compositum, quatenus vnico actu simul repræsentat plures conceptus obiectiuos, & prætetea exercite cōcipit conformitatem cognitionis cum obiecto à parte rei, vndè videtur quodā-

mo-

modo componere cognitionem cum ipso obiecto.

156 Veritas propositionum non est nisi conformitas cognitionis cum obiecto, prout est in se, quomodò verificatur, quod veritas sit conformitas mensurati cum mensura, quod cognitio sit vitalis imago obiecti pro vt est in se, quod verum, aut falsum sit in intellectu, & ab ipso deriuetur in obiecto, quod docet Aristoteles, & Diuus Thomas; dixi conformitas cognitionis cum obiecto, non in essendo, quia illa accidens est spirituale, hoc verò aliquādo substantia, & materiale, sed in repræsentando, quod videlicet ita se habet cognitio ad repræsentare, sicuti obiectum ad esse: consistit autem in denominatione partim intrinseca actui, & partim extrinseca; intrinseca, quatenus in recto dicit ipsum actũ affirmantem cursum Petri v. g. extrinseca vero, quatenus in obliquo dicit ipsum obiectum eo modo existens, quo per actum affirmabatur, quod docuit *Quid sit veritas propositionis mẽtalis.*

Ariſtoteles 9. metaph. textu 21. vbi, ait, [*Propterea quod tu albus es, nos qui dicimus, verum dicimus*,] ex quibus patet nil aliud requiri ad veritatem formalem, ſeu logicam, & propriam cognitionum præter cognitionem ipſam, & obiectum, quod tale ſit, vt exprimitur. dicitur autem veritas eſſe eſſentialis cognitioni, non quod ſit illi totaliter intrinſeca, ſed quia talis eſt cognitio, vt ex natura ſua exigat, quod obiectum exiſtat eo modo, quo per talem cognitionem repræſentatur: pari modo dicitur veritas accidentalis cognitioni, quia per accidens ſe habet ad cognitionis exiſtentiam quod obiectum tale ſit, quale exprimitur; poterat enim eſſe cognitio, & obiectum non eſſe tale, quale ab illa repræſentatur. idem proportionaliter dicendum de falſitate propoſitionum, cum quibus tamen ſtat, quod eadem numero propoſitio non poſſit tranſire de vera in falſam, vel è contra, quia ſi propoſitio ſignificat pro aliquo determi-

minato tempore ; nunc obiectū, vel ita se habet sicuti repræsentatur, vel non ; si primum, erit vera ; si secundum, falsa ; neque poterit mutari, cum sit essentialiter repræsentatiua talis obiecti pro tali tempore ; quod si significet pro tempore aliquo indeterminato, vel obiectum erit aliquando tale, quale exprimitur, & sic erit vera, neque poterit non esse talis, posito quod obiectum tale sit pro illo tempore, vel obiectum numquam erit tale, quale exprimitur, & sic cognitio erit falsa : neque poterit transire in veram, cum obiectum, vt supponitur, numquam futurum sit tale, quale exprimitur. Quod si quæras in ordine ad quod instans sumat propositio veritatem suam, dico id vniuersaliter desumendum esse ex vsu, circumstantiis, intentione, & modo loquentis; cum enim liberum sit vnicuique enunciare ore, vel scripto obiecta, & conceptus internos factos pro tempore, & instanti, pro quo ipsi lubet, poterit, & sæpè solet di-

rigere suam intentionem, & veritatem sui dicti ad diuersa tempora, itaut propositio non intelligatur vera, nisi sit obiectum pro eo tempore, pro quo loquens dicit existere.

159 Veritas formalis non suscipit magis, & minus rigorosè loquendo, neque vnum obiectum potest esse tale, sicuti dicitur magis, vel minus, quam aliud. adde quod ad veritatem requiritur omnimoda cōformitas cognitionis cū obiecto. Falsitas verò, si obiectum sit diuisibile, suscipit magis, & minus, quia potest vna cognitio esse magis difformis obiecto, quam alia, sic cognitio dicens, Neapolim distare Panormo viginti passus, est difformior obiecto illa asserente, Neapolim distare Panormo centum passus; quod si obiectum indiuisibile sit, falsitas non suscipit magis, & minus. Rursus in prima operatione est formaliter veritas vt in habente, non vt in cognoscente; hoc est in prima operatione habetur formaliter conformitas cogni-

tionis cum obiecto, prout est in se, sic ex Aristotele in sensibus habetur etiam veritas, etiam si hi nihil iudicent, quia tamẽ intellectus per primam operationem non cognoscit conformitatem suæ cognitionis cum obiecto prout est in se, dicitur in illa esse veritas, sed non vt in cognoscente; in iudicio autem est veritas, tum vt in habente, tum vt in cognoscente, propter rationes dictas.

160 Vtrum autem propositiones contradictoriæ de futuris contingentibus sint determinatè, & formaliter verè, vel falsæ ad Theologos potius pertinet, quam ad logicos, multi putant Aristotelem in hoc errasse; plerique illum ab errore defendunt; dicũt enim Philosophum solum docuisse tales propositiones non habere veritatem, & falsitatem determinatam, quoad nos, & in causis; licet illam habeant, si in se ipsis considerentur, quod certè verum est. *Quid de futuris cõtingentibus.*



IN LIBROS PRIORES Analyticos.

Quid sit discursus, & quæ cõditiones ad illum requirantur.

161 ANalyticos vocauit hos libros Aristoteles, hoc est resolutorios, in quibus videlicet resoluitur syllogismus, & diligenter secundum omnes sui partes consideratur, quæ omnia ad tertiam operationem spectant, quæ dicitur discursus, qui non est nisi motus quidam intellectus, ex vna cognitione in aliam: importat igitur discursus saltem duas cognitiones; quarum secunda ita pendeat à prima, vt ex vi illius repræsentet aliquid, quod non repræsentabatur in prima: vnde fit, quod in Deo non detur discursus formalis, quia scilicet in ipso non datur multiplicitas cognitionum, sed vnico intuitu simul videt omnia: per quæ patet, requiri in discursu causalitatem ali-

liquam vnius cognitionis respectu alterius: necesse enim est, vt cognitio vnius obiecti pendeat à cognitione alterius; hæc tamen causalitas nõ est influxus aliquis physicus, per quam vna cognitio producit aliam; sed intellectus ipse, prout determinatus per cognitionem antecedentis, producit cognitionem consequentis: non enim est necesse ponere hanc vim causatiuam in cognitione, cum tota haberi possit adæquatè in intellectu. Quod si quæras quot iudicia inuoluantur in discursu, respõdeo includi in illo iudicium cõsequentiæ, & iudicium consequentis: sic intellectus, qui, ex eo quod homo sit rationalis, colligit ipsum esse risibilem, duo iudicat: primo propositionem hanc, homo est risibilis, esse necessario connexam cum illa alia, homo est rationalis, & hoc dicitur iudicium consequentiæ: secundo iudicat hãc ipsam cognitionem, homo est risibilis, esse in se veram, & hoc dicitur iudicium consequentis. Neque

est necesse, quod hæc duo iudicia fiant per duos actus realiter distinctos; cum enim iudicium consequentiæ sit ratio formalis assentiendi ipsimet consequenti, poterit vtrumque iudicium haberi per vnicum actum, quia motiuum formale assentiendi includitur in ipso actu assensus.

Quid, & quotuplex sit Syllogismus, et qualis eius veritas.

162 His præhabitis de discursu, inquiro essentiam syllogismi, definitur autem hinc ab Aristotele primo priorum cap. 1. oratio, in qua, quibusdam positis, aliud quid ex necessitate sequitur, eo quod hæc posita sint. Veritas præmissarum saltem in iudicio syllogizantis est de essentia syllogismi probatiui, non autem illatiui: voco syllogismū probatiuum, qui cum benè se habeat, tum quoad formam, tum quoad materiam aliquid probat, ac persuadet; illatiuum verò, qui, licet quoad formam rectè sit constitutus, quia tamen, vel nulli materiæ est applicatus, vel habet falsas præmissas, nihil probat, aut persuadet: sensus igitur assertionis est, quod

quod ad bonum ſyllogiſmum probatiuum requiritur, vt præmiſſæ iudicentur veræ à ſyllogizante. Atque ex his fit, quod ſyllogiſmus probatiuus habeat veram rationem ſyllogiſmi, quia ſolus hic eſt inſtrumentum cognoſcendi veritatem aliquam ignotam; illatiuus verò eſt ſolum quoddam veluti exemplum veri ſyllogiſmi, quoad formam ſine debita materia, quare; ſicuti Idæa domus factę in aliena materia non eſt vera domus; ita neque illatiuus erit verè ſyllogiſmus, qui ideo dicitur ab Arriaga diſp. 15. logicæ ſect. 2. ſyllogiſmus logicus, quia eſt veluti quædam Idæa propoſita à logica docente, ad cuius ſimilitudinem formari debet veri ſyllogiſmi, quibus omnes ſcientiæ vtuntur ad eliciendas ſuas concluſiones. Quod ſi petas, quænam particulę allatæ definitionis ſyllogiſmi non competant illatiuo, dicam non conuenire illas (in qua quibuſdam poſitis)quib⁹ gnificatur, quod præmiſsæ poni debent,vt verę ſaltem in iudicio ſyllogizantis. Con-

163 Conclusio semper est de essentia syllogismi, vel formaliter, vel vt essentiale connotatum, & quidem, si sumatur syllogismus prout est instrumentũ sciendi, seu medium ad acquirendam cognitionem alicuius ignoti, conclusio est de essentia illius vt connotatum, si vero sumatur pro ipsa tertia operatione, ad quam eliciendam ordinantur præmissæ, vel prout est quoddam ens artificiatum, constans ex tribus propositionibus, conclusio erit de eius essentia formaliter, vt patet consideranti. Iam vis omnis concludendi, quã habent syllogismi affirmatiui, fũdatur in dicto de omni: dici autẽ de omni significat, quod, quidquid prædicatur de termino perfectè distributo, prædicatur etiã de omnibus illis, de quibus talis terminus prædicari potest: sic quidquid prædicatur de homine perfecto distributo, prædicatur etiam de ijs omnibus, de quibus prædicari potest ipse homo; secùs verificarentur duo contradictoria, nam, si prædico animal de

ho-

homine perfectè distributo dicens, omnis homo est animal, non possum dicere quod aliquis homo non sit animal; vis autem syllogismi negatiui fundatur in dicto de nullo; dici autem de nullo significat, quod quidquid negatur de termino perfectè distributo, negatur similiter de illis omnibus, quibus conuenit talis terminus; quare si medium sit perfectè distributum, quidquid de illo negabitur, negabitur etiam de extremo, de quo tale medium prædicatur.

IN LIBROS Posteriores.

164 AGit in his libris Aristoteles de Demonstratione, quæ nobilissima species est syllogismi; quoniam verò absque notitia scientiæ, quę effectus demonstrationis est, satis explicari nequit ipsa demõstratio; ideo aliqua hic præmittimus de scientia, & primo quidem de illa certum est dari; da- *Quid, & an sit scientia actualis.*

tur

tur enim de facto in nobis certa, & euidens notitia, tam discursiua, quam non discursiua aliquarum rerum, quod venit nomine scientiæ: non est autem reminiscẽtia quædam rerum antea cognitarum, vt somniauit Plato; nõ .n. oẽs animæ creatæ fuerunt ab initio mundi, & postea pro suis differentijs temporum vnitæ corporibus, quod est Platonis fundamentum; sed est cognitio rei per causam, per quã res est, & quod illius causa est, & quod non possit aliter se habere; idest, scientia est actus intellectus inferens aliquod prædicatum de subiecto mediante cognitione causæ, hoc est cuius medius terminus in præmissis sit causa in essendo rei conclusæ: sic in hoc syllogismo, omne admiratiuum est risibile, omnis homo est admiratiuus; ergo omnis homo est risibilis, vtimur ad concludendum risibile de homine, pro medio termino, admiratiuo, quod est causa, cur homo sit risibilis. debet actus scientię esse certus certitudine ex obiec-

Qualis esse debeat certitudo scientia.

50,

to; debet enim esse actus ita repræsentans obiectum, vt illud aliter se habere non possit, ac repræsentatur, & præterea esse debet solidus, & certificans, ita vt cum illo incõpatibilis sit actus oppositus, vel periculum dicendi oppositum: per quod distinguitur ab opinione, quæ, vel non est certa, vel, si est certa, seu de subiecto necessario, nõ est certificans, sed cõpossibilis cum formidine: quare scientia, & opinio cum formidine, siue actuali, siue virtuali, non possunt esse simul in eodem intellectu de eodem obiecto, saltem naturaliter loquendo: neque enim potest intellectus dicere, hoc potest aliter se habere, & per scientiam, hoc non potest aliter se habere; sicuti neque voluntas potest simul dicere, volo, & nolo Deum. Quod si opinio sit solum cum formidine radicali, poterit simul esse cum scientia de eodem obiecto, etiam per vires naturales, cum nulla in hoc appareat repugnantia, & conformius sit scripturæ, & sanctis Pa-

Opinio cũ formidine radicali stat cum scientia.

Patribus, vt rectè probat Valétia disp. 1. de fide quæst. 5. neq; túc intellectus esset absolutè incertus; quia opinio cum radicali formidine non excludit certitudinem, licet non esset certus ex vi opinionis, atque adeo esset solùm incertus secundũ quid, hoc est ex vi opinionis; neque valet, actus iste ex vi opinionis non est certus, ergò absolutè est incertus, sicuti malè argueret, qui diceret, lac non est dulce per albedinem, ergo absolutè non est dulce, seu est amarum: & ratio est, quia subiectum denominatur absolutè à forma, quam habet; iam intellectus in casu nostro absolutè haberet certitudinem ex vi scientiæ, quã habet de illo obiecto. Quin immò addo posse eundem numero actum esse simul scientiam, & opinionem, cum non repugnet vnum numero actũ fieri ex pluribus, & diuersis motiuis: sic potest aliquis velle sumptionem medicinæ, tum ob sanitatem, tum ob dulcedinem. Iam in hoc casu actus ille esset certificãs intel-

Potest idẽ actus esse simul scientia, & opinio.

tellectum, quod tamen non haberet ex motiuo opinionis, sed ex motiuo scientiæ; atque adeo certitudo actus formaliter penderet à motiuo scientifico, materialiter ab opinabili: sic vitalitas actus visionis beatificæ formaliter esset ab intellectu, materialiter etiam à lumine gloriæ. diuersa autem specie entitas esset actus, qui vel à sola scientia penderet, vel à sola opinione ab hoc, qui habetur indiuisibiliter ex vtroque motiuo. Atque hæc de scientia actuali.

165 Scientia habitualis est facilitas illa, quam experimur ad exercendos actus eiusdē sciētiæ. Iam habitus in communi rectè describitur ex secundo Ethicorum, qualitas, qua permanenter disponimur ad benè, vel malè operandum. In intellectu non dantur habitus superadditi supra ipsum intellectum, & species impressas; quia intellectus, positis requisitis, est potentia necessitata, ergo non indiget à natura maiori inclinatione, vel facilitate. alia potest *De Scientia habituali.*

M esse

esse controuersia de voluntate; vtrum scilicet in illa admitti debeant habitus distincti: de qua tamen commodius in libris de Anima, vbi etiam eandem quęstionem soluemus de potentijs materialibus, de caussis, productione, intentione, & corruptione habituum.

Scientia totalis nō est vna simplex qualitas.

166 Demum scientia totalis non est vna simplex qualitas, sed aggregatum ex pluribus habitibus partialibus, atque adeo in vna scientia tot sunt habitus partiales, quot sunt conclusiones specie diuersæ, ad quas se extendit illa scientia, quia non potest idem habitus inclinare ad conclusiones specie diuersas: Rursus multi actus specie diuersi, qui certè dantur in aliqua sciẽtia totali, producunt habitus specie diuersos, & licet vnitas abstractionis non sufficiat ad vnitatem specificam habitus, sufficit tamen ad vnitatem scientiæ totalis, sic collectio illa habituum, quæ stat sub abstractione singulari, seu signata dicetur scientia Physica, quæ stat sub abstrac-

ſtractione, tum à materia ſignata, tùm à ſenſibili, Mathematica, quæ ſtat ſub abſtractione ab omni materia, tum ſignata, tum ſenſibili, tum intelligibili dicitur Metaphyſica.

167 His prælibatis de ſcientia, redeo ad demonſtrationem: hæc autem eſt ſyllogiſmus, in quo ex præmiſſis ſequitur concluſio abſolutè ſcientifica, & in rigore demonſtratiua: eius præmiſſæ debent eſſe veræ, certæ, & euidentes; nam ſi earum ſaltem vna claudicat, concluſio etiam titubabit: rurſus debent eſſe primæ, & immediatæ indemonſtrabiles, & principia per ſe nota eſſe debent, notiores, priores, & cauſæ concluſionis neceſſariæ, & ex principijs proprijs, quæ videlicet non pertineant ad aliam ſcientiam, & hæc omnia requiruntur ad perfectiſſimam demonſtrationem. cæterum, ſi aliqua ex his conditionibus deſit, minus perfecta erit demonſtratio. duplex eſt demonſtratio alia dicitur, quia, & à poſteriori, in qua videlicet à cognitio-

Quid, & quotuplex ſit Demõſtratio.

ne effectus procedimus ad cognitionem causæ. alia dicitur propter quid, & à priori, in qua scilicet à causa procedimus ad cognitionem effectus.

EX LIBRIS Topicorum.

168 AGit Philosophus in topicis specialiter de syllogismo probabili, ibique tradit quasdam veluti sedes, seu locos, vndè desumi possint argumenta ad res probandas, cuiusmodi sunt viginti duo loci, Definitionis, videlicet, Descriptionis, Notationis, Coniugatorum, Partium, Totius, Causarum, Effectuum, Antecedentium, Consequentium, Præcurrentium, Comitantium, Subsequentium, Similium, Maiorum, Minorum, Parium, Dissimilium, Oppositorum, Repugnantium, Auctoritatis Diuinæ, & Humanæ, vt videre est apud Fonsecam lib. 5. institutionum Dialecticarum, & su-

fusius tradidimus in libris Rhetoricorum.

EX LIBRIS
Elenchorum.

169 VT diligenter possint à nobis dissolui fallaciæ, quæ sæpius in syllogismis committuntur, agit in his libris Philosophus de syllogismo sophistico, de quo, quia satis abunde diximus in summulis, reliquum est, vt totius Logicæ compendiariæ tractationi finem imponamus, D. O. M. enixe obsecrantes, vt qui ad creatam veritatem perscrutandam Logicæ operam dedimus, ad increatam illam facie ad faciem contemplandam tandem aliquando perueniamus: quod tunc demum felicius assequemur, cum ad purissimum Virginis Deiparæ speculum, quod veluti candor est lucis æternæ, & originariæ culpæ maculas, quippe tenebras, nescit, ista mentis no-

nostræ oculos repurgabimus, vt nos, nostraque omnia venerabundi dicauimus.



FINIS.

✠

LAVS DEO,
BEATÆQVE MARIÆ VIRGINI SINE ORIGINALI LABE CONCEPTÆ.

✠

PANORMI,
Apud Iosephum Bisagni. 1654.
De Licentia Superiorum.

271



